



**Petri Lignei Gravelingani Lepidissima parabola, populoque  
christiano non modo lectu jucundissima, sed & utilissima, in  
qua docet quid quivis vere Christianus de Christo sentire  
debeat**

<https://hdl.handle.net/1874/8909>

# PETRI LIG<sup>=</sup>

## NEI GRAVELINGANI

Iepidissima parabola, populōq; christia-  
no non modo lectu iucundissima, sed  
& vtilissima, in qua docet quid  
quiuis verè Christianus de  
Christo sentire  
debeat.

**Ante hāc nūsquām excusa.**

**Qui cum sapientibus graditur,  
sapiens erit. Prouer. 13.**

**A N T V E R P I A E,**

**A pud Ioannem Steelsum in scuto But-  
gundiæ Anno à Christo nato**

**M.D.XXXVIII.**

PETRVS LIGNEVS GRAVELIN<sup>o</sup>  
ganus extmio utro sacrarumq; literarum  
peritissimo M. Laurentio Cru-  
cio pastori Dunekercano.  
S. D. P.

**V**est inter mortalium ingenta incredibilis  
quædam uarietas mi pastor reuerendiſſime,  
ita & uarii autores uarios scientiarum sua-  
rum fructus protulere. Quidam autem nimia gloriæ  
cupiditate rapti dum cuperent aliquid ædere, ualde  
illud properarunt in lucem emittere, quo nominis  
famam adepti aliquo honoris splendore digni habe-  
rentur. Alij contra expectarunt donec aliquem dig-  
nitatis gradum essent adepti, ut eos potentia ac dig-  
nitas tueretur si quid dicerent licentius. Vulgo  
enim quis dicat, quæ quid dicatur, magis considerat  
solet. Nec parut bodie referre uidemus quid à quo  
dicatur. Sed eadē dicta claritate uel obscuritate  
dicientium aut tolluntur altissime aut humilime de-  
primuntur. Ego autem quum uiderem tantam perni-  
ciem afferti miseric Christianis ab hoc uno flagitiis  
siſſimo transſuga, qui paſſim omnia pro ſuo arbitrio  
interpretari ac statuere conatur, nulla neq; laudis  
neq; gloriæ cupiditate ductus, ſed intrinſeco quoda  
animi(nescio an diuino) impulſu coactus hoc quic  
quid est oneris, relictis ſtudiis quibus antea occupa-  
bar

## EPISTOLA.

Barbaris aggressus sum. Quis est enim (fideliis modo) seruus qui cum tam scuum, tam immanem, tamque omnia uastantem in heri sui gregē irruentem videat lupum, non statim relictis rebus omnibus pro sua virili ouibus consulere studeat, etiam si idem conari atque eodem concurrere & alia seruorum præsidia cernat, & suam si forte opus sit operam collaturus. Itaque mihi pastor illustrissime (cogit enim me & fortunæ meæ & loci & temporis ratio breuitati studeare) tuo excellentissimo nomini istuc laboris (si modus labor dicendus sit) siue maius banc meam parabolam dicanda existimauit, cui olim præ cæteris meæ iuuentutis insana ambitio tam temere fuit molesta. Parvum sane opusculum ac rudi (quod atiunt) Minerua constructum, proinde nec satis dignum quod tu & dignitati offeratur. Sed si tuam illam noui humanitatem spiro equidem baud iniquo animo acceptum tristiter. Præsertim cum in eo magis ad utilitatem, quam ad ostentationem cōpositam esse orationem facile iudicare possit tua prudentia, atque adeo, si Christus nostris aspirare cœptis dignetur, maior ætas dabit matora fortasse & utiliora. Vale & salve pastorū decus.

A. 2 PETRI

PETRI LIGNEI GRAVELIN<sup>e</sup>  
gani parabola lepidissima.



HARISSIMI IN CHRI<sup>t</sup>  
sto Iesu cūm sit diutinum illud Pauli  
dictum quotidianis experientiis ma-  
nifestius, quām ut aliquem latere  
credibile sit, nequaquam nobis hic  
esse manentem ciuitatem, sed futuram inquirere: ita  
ut ubi quisq; nostrum præscriptum sibi à Domino  
uitæ cursum compleuerit alio migrate debeat digna  
operibus receptius mercedem: malis quidem ex-  
tremum iehennæ supplicium: bonis uero supremum  
regni cœlestis præmium, nec quisquā sit nostrū qui  
nō tanta æternæ mortis formidine terreatur, quanto  
tenetur uitæ adipiscēdæ desiderio: Nō iniuria pro-  
fecto danda omnibus operae unquā acceptorū à  
deo beneficiorū immemores videamur, qui tantam su-  
luitis nostræ habuerit rationē: ut cūm peccato mor-  
tui essemus, atq; omnis uitæ esset adempta spes, non  
recusarit assumpta carnis materia propriæ uitæ di-  
spendio à tam acerbo mortis reatu nos liberare. Ac  
ne hoc quidem sufficeret uisum, quod uerbo effe-  
cere potuisset, nimirum qui uerbo cuncta creari.  
Sed ne iterum atq; iterum uicti quotidie in eandem  
aduersarij nostri potestatem relaberemur, atq; ita  
noua subinde redemptione esset opus, non dedigna-  
sus

## PARABOLA.

Quis est multis annos nobiscum uersari ut elusdem  
hostis (qui assiduas nobis moliri insidias haud cessat  
unquam) dolos atque astutias omnes proderet. Domini  
nus enim noster Iesus Christus, ut est ipse lux uera,  
ita nobis arma lucis praebuit quibus principem semo-  
piternae caliginis obruere possumus atque eius arma  
tenebratum confringere ac penitus cōterere. Arma  
autem tenebrarum hæc sunt: superbia, odium, meno-  
daciūm, similitas, intimitatia, intemperantia, luxus,  
impatientia, siue desperatio, ferocitas, crudelitas,  
seditiones, sectæ, et si qua sunt generis eiusdem. Ar-  
ma uero Christi hæc sunt: humilitas, quo nemo unq;  
magis se humiliavit: charitas quo nemo unquam magis  
iorem erga nos habuit: temperantia, qua nemo eum  
superare potuit: sobrietas cui nemo unquam magis  
studuit: malorum tollerantia, qua in re nemo unquam  
fortior apparuit: misericordia, quæ fuit in eo maxima:  
commiserantia, quo nemo unquam maiori erga nos  
affectus fuit: item ueritas, pax concordia, atque una-  
nimitas, quarum rerum summus extitit amator. Itaque  
fratres totis uiribus admittendum ut his armis in-  
duti, sedulos nos Christi imitatores exhibeamus. In-  
ter cætera uero ottū omnibus modis fugere debemus,  
assiduis preceptionibus ac gratiarum actionibus oc-  
cupati, quemadmodum & ipse Christus assiduus in  
ibi fuit: atque ut hortatur Paulus docere & commo-

## PARABOLA.

nere perpetuo nos inuticē cantionibus, & laudibus,  
& cantilenis spiritualibus cum gratia canentes in  
corde nostro Domino ad Colloff. 3. Sed existūt hodie  
plurimi qui uos prætextu christiani nominis false  
uirtutis specie illusos à Christo seducūt, eūq; passim  
suis finibus expellūt, quorū princeps, parens, caput,  
ac dux est noster Lutherus, nihil ueritus in tanta reo  
rum tranquillitate saeuissimā tempestatem excitare.  
Cuius audacia multi magnatū religiōe, tum erudi-  
tione uiri scriptis comprimere eumq; à praua istac  
opinione flectere tentarūt, tantumq; in restauranda  
quantū ipse in subuertēda fide laborarunt. Nec de-  
sunt qui istuc idē & lubentes & optime facerēt, st̄  
modo se quicquam profecturos sperarent: Sed habet  
eius cæca persuasio tam detestabilem sibi adiunctā  
impudētiā, ut non solum nullis hominū rationibus  
flecti queat, uerum etiam omnes suæ opinioni acce-  
dere nolentes indignis cōtumeliis maceret. Nec de-  
sinit scriptis gloriari ita se se noua istæc dogmata  
sua sacris rationibus confirmasse, ut nemo sit theo-  
logorum qui uel uerbum contra eum mutire possit.  
qua quidē impudentissima lactatione imperiti indi-  
es in fraudē illiciūtur, ac ueluti pisces hamo quodā  
ex iucundissimo Christi uiuatio in aridam, maledic-  
& amq; banc opinionis sectam rapti exprirant, tandem  
à diabolis crudeliter laniandi. Quocirca istuc mali  
à gregē

à gregc

## PARABOLA.

¶ grege Domini nos iri Iesu Christi pro mea utrilibet  
propulsare supra modum cupiens, statui uobis haud  
illepida parabola breuiter indicare quid quisque nos  
strum de Christo sentire debeat. ut et si qui fideliter  
ter Christo adbarerent spretis oblatrantium canum  
mutur illis hactenus fidem nobis a maioribus traditam  
animo fortis eruant, sciant se se antiquum obtinere  
ac rectam uiam ambulare: atque alii quos hic nos  
ster aduersarius peruersa sermonis probabilitate  
procul a fide seduxit, in ueram salutis uiam reuo-  
cetur, banc igitur paucis quæso similitudine aqua  
animo accipite atque animum aduertite.

Fuit olim quidam paedagogus vir et dignitatis  
gratia, et autoritate magna praeditus tum et eru-  
ditionis fama, et nominis claritate eminentissimus,  
hic totum discipulorum suorum gregem (quem ha-  
bebat maximum) in duas potissimum classes distri-  
buerat. Unam eorum qui altioribus scientiis desti-  
nati erant, quos uulgas latinistas uocat. Alteram  
eorum qui legendit tantum ac scribendi artem asse-  
qui, nec ultra prouehi studebant, quos uulgas uer-  
naculos appellat. Deinde ex magis idoneis utrinque  
et aquam hipodidas calos quosdam delegerat, quibus  
reliquorum cura committeretur. Qui quanquam aliis  
praefecti erant, nibilo tamen minus discipuli atque  
eiusdem præceptoris iugo subiecti, docentesque alios

## PARABOLA.

Interim curare debebat ne proprie lectionis ignar  
accerseretur à p̄ceptore. Interim (quod & hodi  
in quavis ferè schola usu uenire solet) perpetu  
quadam uicissitudine quotidie nonnulli à schola ab  
strahabantur, atq; alij subinde nouiij adducebantur  
Neq; uero eorum quisquā erat cui p̄cē ceteris p̄c  
rogatiuā quicquam indulgeretur, sed ut quisq; fru  
gi erat aut nibili, utq; sedulo lectionis studio aut fo  
cordiae aeditus: ita cum p̄ceptor aut amore, au  
odio prosequebatur. Porro autem nonnulli si  
mulatque ludum literarium essent ingressi conti  
nuo cōpere in desinenter studio incumbere, donec i  
p̄ceptore uocati lectionem recitare iuberentur  
Alij paulo ad studium tardiores ut essent scholarū  
ingressi cōperunt imprimis ludere, rocare, fabuli  
aut ocio indulgere: ast ubi uiderent horam instar  
undecimam, ac propē adesse tempus quo citra ulli  
moram ante p̄ceptorem sistendi essent, nec ultra  
segnitie aut socordiae loci quicquam esse: tū demī  
cōpere tantam discēdā lectioni operam impende  
re, ut non minus prompte lectionem recitarent uo  
cati quam si qut ab initio diligentissime studuerat.  
Alius autem satis superq; temporis est, inquit, mihi  
quo discam lectionem, dūq; ita ocioso semper ant  
mo pergeret putare satis tēporis esse sibi, inopinatē  
opprimebat p̄ceptor planeq; lectionis ignarum.

Alius

## PARABOLA.

Allus uero ab ovo (quod atūt) usq; ad mala nil nisi  
perpetuo ludebat, iocabatur, fabulabatur, pugna-  
bat, aut alio quouis pacto aliis molestus erat. Alius  
neq; cuiquam molestus, neq; lusi neq; fabulis dedito-  
sus: sed neglecta lectione toto tempore sedebat ocio-  
osus. Praeceptor autem uidens aliquem huiusmodi  
perulantiis lasciuientem, subito illum ad se, dignas  
factis daturum paenas. Itidem faciebat uidens alio  
quem ociosum, ut interim alij istuc uidētes cognos-  
cerent quam talia praeceptori displicerent, ac si no-  
guli suæ quisq; lectioni incubentes discerent aliena  
periculo, à lusu, fabulis atq; ocio temperare. At  
uero talia nōnunquam uidere se dissimulabat, peris-  
culum interim faciens nū in his perseverarent neg-  
tandem resipiscerent. Vbi autem à præceptore uoc-  
atis esset narranda lectio: si quidem probe eam re-  
citarent, abunde ei satissimum, insolentiarū interim  
omnium oblio. Sin uero lectionis ignari corā præ-  
ceptore sisterentur: ibi tum omnibus cum summa ex-  
probratione ad calculos reuocatis dignas ei paenas  
dabant, nec quicquam multum auferrebaunt. Interim  
tamen & horum aliquis impune nonnunquam re-  
missa supplicij pena evasit. Sed istuc nunquam nisi  
præceptore aut nimis lacrymis, aut paenitentia mis-  
mia, aut precibus, aut alioqui magna aliqua ratiōe  
moto. Fit enim, nescio quo pacto, ut pleriq; omnes

## PARABOLA.

discipuli sunt propenstores in odio eorum qui nimis  
asperitate in eos saeuunt, quam in amorem eorum qui  
nimis effusa lenitate eis indulgent. ac nisi utriq; re  
medium quoddam grauitatis temperamentum adhuc  
beatur: sit ut binc præceptorum contemptus, illinc  
vero odium discipulis, innascatur.

Hic est ille fratres charissimi, hic inquam sumo  
mus ille præceptor Iesu Christus, cui coelestis ille  
parens summam dedit mortalium genus docendi auo  
toritatem, omnes quotquot sunt, erunt, uel fuerint  
unquam præceptores, non modo scientia, sed & noo  
minis claritate excellens. Hic est ille doctor iusticie  
de quo loquitur est uates Iobcl. 2. ad cuius scientiam  
omnis mortalium relata prudentia inscitia est teste  
Paulo. 1. ad Corinthios. 3. hic præparauit orbem in  
sapientia sua & prudentia sua extendit cœlos. Hic  
remiae. 51. Hic adiuuenit omnē uitam discipline, &  
tradidit illam Iacob puerō suo, & Israel dilecto  
suo. Baruch. 3. Hic dat sapientibus sapientiam, &  
scientiam intelligentibus disciplinam. Daniel. 2. Si  
de nominis claritate quæras, nomē eius adonat, ade  
mirabile in uniuersa terra. Psal. 8. Atq; à solis ortu  
usq; ad occasum laudabile nomen eius. Psal. 10. 12.  
Item operuit cœlos gloria eius, & laudis eius ple  
na est terra. Abacuc. 3. Porro hic omnium prestat  
tissimus pedagogus maxime omnium totius mundi  
schoo.

## PARABOLA.

**S**chola p̄aeſt. Nos autem illius diſcipuli qui in hoc mundo tanq; in ſchola quadam uerſamur. Horum diſcipulorū duplex genus, unum ſpirituale, alterū ciuile aut uulgatus ſeculare, uultq; altissimus ille p̄aeceptor aptiſſimos quoſq; diligi utrinq; qui aliis p̄aeſt, coiū curā gerant. Hinc quidā pontifices, epifcopos, cardinales, officiales, decanos, & paſtores uel uſitatiuſ curatores ſiue etiam paſtores, licet hæc duo poſteriora nomina aliis quoq; ſuperioribus communia ſint. Illinc uero imperatores, regeſ, comites, duces, principes, p̄aſides, p̄aefectos p̄aetores et magiſtratus. Hos ideo ſeculare uel miſdanos uocari exiſtimo, q; eorū curā potiſſimū uerſatur circa corpora ac res huius ſeculi. Illos uero nul lam aliam ob cauſam arbitror uocari ſpirituales, q; quia ſpirituū atq; animarū curā habēt, quæ ut corporib; ſunt longè nobiliores: ita & hi digniores ſecularibus babendi ſunt, tuxta illud Eccleſiaſtici. 7. In tota anima tua time Dominum, & ſacerdotes illius ſanctifica. Item bonora Deum ex tota anima tua, & honorifica ſacerdotes. Eodem. Debentq; iij maxime (tametsi idem & nobis curandum ſit) ſecundum ſpiritum ambulare, uacantes interim fragiliū ac terrefriū rerum curis. Hanc officiorum diſtinc-  
tionem approbare uifus est Iozaphat rex Iuda ſanctiſſimus, qui poſtq; in Hieruſalem atq; in cunctis

ciuitateſ

## PARABOLA.

eiuitatibus Iuda principes, ac iudices, leuitas, ag  
sacerdotes constitutis, tandem utrisq; partes suas  
praescribens, inquit: Amatas sacerdos & pontifex  
uester in his quæ ad Deū pertinent praesidebit. Porro  
Zabadias filius Ismael qui est dux in domo Iuda,  
super ea opera erit quæ ad regis officium pertinēt.  
2. Paralip. 19. Nequaq; igitur ita est ut tu satis ima  
pudenter (ut assoles) affirmas Lutherè: ideo scilicet  
et uendicasse sibi id nominis sacerdotes q; sibi uio  
derentur soli spiritum sanctum babere, aut soli sec  
undum spiritum ambulare, atq; alios omnes tanq;  
eiusdem spiritus expertes, prophanos iudicasse.  
Hoc enim iusta arrogantie reprobatione non caru  
isset. Cuius dum eos accusare studes non potes non  
ab omnibus merito ipse notari, qui tibi ac tuis solis  
christianum audes usurpare nomen, atq; alios omo  
nes tibi aduersantes antecristos appellare, quast  
qui tibi aduersatur, Christi etiam aduersarius esse  
debeat. Quia in re tuam nequeo satis mirari mollicie,  
qui quum id studeas ut omnibus optima ac uerissima  
docere uidearis, uisq; omnibus tuam istam nouam  
insaniam (ne dicam fidem) insitam: non potueris inten  
tim isti maliciose calumniandi libidini imperare.  
Sunt enim omnia tua scripta tot inturiis, tantaq; ca  
lumniarum acerbitate tincta, ut nemo sit (nisi pla  
nè illi palatum obstuquisset) qui non facillime gu  
stare

## PARABOLA.

flare posset peſſimam eſſe arborem quæ tam amaros  
tamq; mordaces producat fructus, ſi modo uera lo-  
quutus eſt Christus, dicens quamlibet arborem ex  
fructu ſuo cognosci, Luc.6. Proinde ſane factum a  
te callide q; idiotis ac latcis, planeq; rudibus tuum  
iſtuc nouum euangelium prædicare cœperis. uulgo  
enim indocto quiduis facile perſuaderi ſoleat. Niſi uero  
uero uab niſium inquam o Luihere tribuis tibi qui  
te nemui comparas, quem tu te obſecro eſſe per-  
ſuades, auſus maiorum noſtrorum omnia iuſtituta  
damnare, ac peſſima iudicare? Demiroꝝ equidem te  
cui tanti eſt Paulus, etius uerbis tam parum fidel ba-  
bere. Num & bunc ſomniuſſe cenes? Toties enim  
monet non eſſe iudicandum: Quum interim iudiciis  
plena ſint omnia tua ſcripta, planeq; aliud nibil  
agus q; iudicas ac derides. Te uero (ut ingenue uerū  
fatear) ſuperuacuum foret ab extraneo iudicari:  
quum ſcripta tua abundē iudicent quem bateas in  
peccatore ſpiritum, nempe ſatanam. unde omnes iſtæ  
irruſiones, iniuriae, contumeliae, ac conuictia profici-  
euntur. neq; enīm ſpiritus sancti opera ſunt hæc, ſed  
malignt ſpiritus. Nam ubi ſpiritus ille ſanctus: ibi  
ne minimus quidem iniudiæ locus eſſe potest, aut  
contumeliae, aut iniuriae. Atqui hoc ita ſe habet ut  
dicit Christus Luc.6. Bonus homo ex bono theſauro  
pectoris ſui profert bonum, & malus homo ex male  
theſeo

## PARABOLA.

thesauro cordis sui profert malum. Ex abundantia  
enim cordis loquitur os eius. Demus autem ita esse,  
ut aīs, insana nempe esse sacerdotum ac monachorum  
omnium instituta, & quicquid est omnino papisticū  
(ut tuo utar uocabulo) Num tua ista odiosa iniuria  
riisq; plena castigatione emendari possent? Adeo  
autem uerū est insana esse omnia, ut etiā atq; etiam  
deplorandum sit multa non melius seruari. Certe ut  
inter cæteros homines, ita & inter pontifices si qui  
mali fuerint, fuerunt & boni. Sed cur horum institu-  
tuta, illorum inuidia laborant, ac parifastidio con-  
temnuntur? Desine igitur quæso ô Lutere pontifi-  
cem nostrum, unaq; omnes tuis iniuriis laceſſere fa-  
cerdotes, clamitans indignos esse qui spirituales uo-  
centur, quum nibil sit à spiritu æq; alienum. Si enim  
quoties mutant homines sua instituta, toties effent  
& eorū mutanda nomina, iam pridē ex eo tempore  
quo à Christo ad satanā transfugeris, gregēq; Christi  
ſti dissipare ac laniare cœperis, haud Christiano,  
ſed potius diabolico, nōc ēſſet. Nec pateremur dul-  
ciſſimū atq; illuſtrissimum Christi nomen in homine  
pessimō exordescere. Verū ut plurimi ſunt homines  
nomine tantum, uita ac moribus pecorinis, neq; ideo  
tamen protinus pecora uocantur: ſed uel ideo magis  
homines perpetuo appellandi, ut ſi non alia uita,  
ſaltem hac nominis lenitate à praua uita reuocen-  
tur

## PARABOLA.

etur, dum sese homines uocari audiunt, nec tamen humano uiuere more: ita & sacerdotes nostri quis plerumq; officij sui immemores secularibus negotiis implicitentur, nibilo tamen minus spirituales dicti debent. Sed uel hoc solo nomine magis eos spirituales, uocitemus, ut meminerint sese spirituum, non secularium rerum curam babere.

Sed quoniam in hanc incidimus animæ quæstio nem, multaq; à uariis ethnicorum philosophis super hac re præclarè disputata sunt, adeo ut quicunq;, Christianorum de ea aliquid tractarint, idipsum è fontibus ethnicæ philosophiæ hauserint, deficien tibus sacris literis: suntq; hodie plurimi adhuc Christiant qui si quando cupiant pleniorum aliquam huius rei noticiam assequi, ad philosophos recuro gunt nimia interim fiducia: non alienum fuerit pau ca de anima dicere. unde multa fortasse quæ sunt Christianæ fidei clariora euadere possint. Patet igitur iuxa philosophorum sententiam è duabus pa tißimum partibus, hominis substantiam confistere, spiritu scilicet & corpore. Et spiritus quidem coro pore multo præstantior est, nobiliorq;. quippe qui cœlestem habet originem, estq; ad imaginem & similitudinem Dei formatus simplex, inuisibilis, in coro ruptibilis, & nullam per se recipiens passionem. Corpus uero moles quadam in his inferioribus munis

## PARABOLA.

al partibus ex humo & reliquis elementis procreata, atq; ut ipsa elementa unde conflatur mutabilia sunt, ita & ipsum quoq; uariis mutationibus, multisq; passionibus obnoxium ac tandem perfectio uitæ cursu in eadem elementa resoluendum. Hæc eadem & nobis placent. Quum sint adeo manifesta ut à nemine (qui sit modi rationis particeps) negari queant. Sed in hoc mihi nonnulli & manifesto errore falli, & parum sibi consentire uidentur, quod dum animas Deo similes esse dicant, ac per se impassibles: interrogati tamen qui stat ut anima corpori coniuncta per suam prudentiam corpus sibi parere nō faciat, sed magis ipsa corpori inseruire uideatur. Respondent hac potissimum istuc fieri ratione: q; anima ad hæc inferiora descendens per singulos circuitos sensim aliquid sue diuititatis obliuiscitur, trahitq; secum torpore Saturni, Martis tracūdiam, Veneris libidinem, ac tandem corporitanq; carceris inclusa uires suas exercere non potest. Redditurq; ex illa corporis unione uariis quæ corpori adharent mutationibus obnoxia. Altero enim modo inconstansiam suam agnoscant necesse est, uel q; fateantur corpus quoq; cœlestem habere originem. Cuius contrarium in confessso est. Aut animam per se passionibus obnoxiam, quod modo etiam negarunt. Si enim sit per se impassibilis, atq; ex corporis unione  
uariis

## PARABOLA.

uariis affectibus reddatur obnoxia: oportet igitur uel tūc corpori esse cōiunctā dū adhuc inter sydera fertur. Nec dum cōlorum circulos omnes penetra uit, quando torporem, libidinem, iracundiam, atq; alias passiones in se recipit (nec enim istuc citra mutationem fieri potest) Aut per se esse passionibus obnoxiam. Manifestum est igitur ridiculam esse hominum opinionem. Quum enim omnis astrorum influentia uergat ad generationes & corruptiones hominum inferiorum. Anima autem neq; generatione neq; corruptione subiecta sit. Nulla igitur syderum influentia in anima locum habent. Sed q; alios uideamus ad tracundiam propensores, alios libidinosos, alios uero torpori, aut aliis passionibus: id in corporis massam moluntur astra non in animam. Libidinem enim ex carnis, non animae concupiscentia profici sci certum est. Ira uero ex sanguinis mutatione ortitur, non animae: atq; in aliis eadem ferēratio. Vnde etiam arbitror Martē ab antiquis habi-  
tum esse bellorum Deum, quod sit ad irā incita-  
tus, quæ plerūq; hominē ad arma prouocare solet. Ac Venerem amatorum deam, quod inuitet ad libidinem, quæ plerūq; eorum finis esse solet. Quod autem anima potius à corpore regatur, q; corpus ab anima, ne hoc quidem uerum est, quod uel istoc argumento declarari potest. Corpus enim à seipso

## PARABOLA.

nullas habet uires, sed accipit quicquid habet uiriū  
ab anima, unde fit ut quando ipsum anima p̄ficia  
destituitur, planè reddatur inefficax, adeò ut ne di-  
gitum quidem mouere queat, nec in rerum natura  
(quod atunt) permanere separatum ab anima, que  
quidem in anima contrario sese habere modo con-  
stat. Manifestum est igitur falsam esse eorum per-  
suasionem, qui arbitrantur animam corpori tanq;  
carceri inclusam nō posse suas uires exercere. Que  
enim esset istae tanta Dei iniquitas, aut inclemen-  
tia, aut immanitas, qui miseram animam tam diro  
carceri includeret, ubi uiribus suis uti nequeat: qua-  
tamen à corpore separatam miseris cruciatibus tor-  
queri tubet, hanc ipsam ob caussam q; in excendā  
moderandoq; corpore fuerit negligentior. Neq;  
enim aliā rem à Deo infunditur anima, q; ut eo  
tanq; instrumento quodam iusticiæ ad diuinam eius  
gloriam utatur: quod nisi à teneris annis assidue ca-  
stigare studeat, omniq; ratione sibi subiicit ut quo-  
cunq; uelit facile impellat, suoq; arbitrio patere co-  
gat: subito misera illudetur, iuxta illud Salomonis:  
qui delicate à pueritia sua nutrit serum suum po-  
stea sentiet eum contumacem. Prover. 29. Fictq;  
tandem ut que corpori regendo p̄fecta est, ab eo  
ipsa regatur, non sine maximo suo malo. Verum di-  
cunt philosophi isti, animam à corpore separatam  
punio

## PARABOLA.

puniri, non quia deliquerit, sed hoc solo nomine  
quod ex corporis contactu polluta sit. Proinde nec  
posse ad beatas sedes peruenire, nisi ea labe pur-  
gata: quemadmodum inquiunt si speciem cunctam in-  
lulum mittendo polluas atque eam continuo extra-  
bas, non tunc circosordibus caret: sed ablutionem reo-  
quitit priusquam in pristinum nitorem redire posset.  
Sic & anima (inquiunt) ex eo quod corpori datur  
polluitur, adeo ut etiam si mox corpus deponat ne-  
cessitate habeat purgari. Hic itaque ethnicium stultam  
quaespectate cæcitatem, qui tamen propè ad uerita-  
tis scopum accesserint, nec tamen attigerint. Cate-  
rum quæ nostra sunt fidei accipite. Credimus enim  
animam ex quo corpori iungitur originalis peccati  
macula contaminari, quæ si non ante sacro baptis-  
matis fonte abluatur quam ex corpore discedat, non  
poterit unquam æternæ felicitatis intrare gloriam.  
Si uero post ablutionem baptismatis in infantia aut  
pueritia corpus reliquerit, continuo æternæ uitæ  
gaudio beatur, citra ullam aliam purgationem. Est  
enim his cunctibus corpus propter nimiam imbecilli-  
tatem inutile ad opera uirtutis aut iniquitatis exer-  
cenda ad quæ interim usque ad pubertatem inualescen-  
tem etius robore paulatim aptius redditur. Proinde  
Hieremias uel ante sui creationem à Domino in pro-  
phetam electus & in utero matris sue sanctificatus

## PARABOLA.

quum iam puer ad munus propheticum subeundum  
uocaretur, a a Domine Deus inquit, Ecce nescio  
loquit, quia puer ego sum. Quasi dicit adhuc prop-  
ter etatem imbecillior sum, quam ut ea quae uolu-  
tatis tuae sunt eloqui, nedum exequi queam. Hier. 1.  
Quocirca in eunte hac etate adolescentes relin-  
quendas (quod aiunt) nuces, contemnendaq; esse deo-  
inceps puerilis etatis exercitia ac deinceps altioris  
rerum curis uacandum, non temere moneri debent,  
quippe quia ea etas qua primum uitium ac uitio-  
rum capaces esse incipiunt, alia uitam afferat. Pro-  
inde faciendam puerilium morum commutationem.  
bis accedit maior quedam solicitude deliberandi,  
quod potissimum uitae degendae genus sibi constituit,  
qua deliberandi cura adolescentum animi molles-  
plerumq; multum solicitari solent, ac propter con-  
siliij imbecillitatem diuise trahi. Adeo ut ipse sapi-  
ens Proverb. 30. nequaquam se intelligere fatatur  
quo ferri posset animus adolescentis, inter cetera,  
quam potissimum uitae sit ingressurus utram delibe-  
rantis. Quos sanè magis curandum est parentibus, ne  
(quod plerumq; hic fieri solet non sine magna mor-  
talium pernitie) liberius uituēdi detur facultas. So-  
lent enim bac licentia in peius ruere, atq; animus  
egrotum in deteriorem partem deflectere. Sed assi-  
ducere monendo, instigando, docendo, consulendo in-

stare

## PARABOLA:

stare debent, ut ab insanis amoribus, compotationibus, libidinibus, atq; aliis (quibus hæc ætas, maxime obnoxia est) uitiiis absterreantur: ac bonis operibus delectari assuecant. Credimus igitur abortiuorum animas nunquam cœlesti gaudio fruituras. Quum enim ortinalis illa peccati macula antequam a corporibus separentur per Sacramentum baptis-  
mati minime deleta sit, perpetuò eis inhærebbit, nec poterit unquam elut. Infantium uero ac puerorum in nomine domini nostri Iesu Christi baptisatorum animas recta uia ex hoc seculo in uitam æternam migrare. quod uel ipse dominus affirmare uisus est **Luc. 18.** discipulis eos à se arcentibus dicens: Sinite pueros uentre ad me, talium est enim regnum Dei. Ac rursus **Mat. 18.** nisi (inquietus) cōuersi fueritis, et efficiamini sicut pueri, non intrabitis in regnum Dei. ubi iterum manifeste uidetur pueros esse innoxios. Sed quid istuc? Nonne hic aperte uidetur Dominus uelle interminari, quod nisi quis ita sese immaculatum à uitiiis ac purum seruarit quasi puer, non habebit uitam æternam? Minime sane. Cum sit istuc homini impossibile. Sed hoc mibi uel le uidetur. Nisi homo peccator recesserit à uia sua impia, et conuertatur ad Dominum Deum suum, pie uitam instituēt ac prioris uite maculas lachrymis cluens, non ingredietur regnum Dei. Nec quēqua

## PARABOLA.

cœlestis regni fore participē tantisper dum insit ē  
uel minima peccati contagio, nisi ea in hoc sæculo  
aut in futuro eluatur prius, recipiatq; eundem pu  
ritatis nitore: qui fuit in pueritia. Porro autem ètu  
q; banc etatem transgressus est anima, ut uirtutibus  
aut uitiiis obnoxia fuerit, Ita aut in cœlū recta, au  
ad inferos ferri credimus. Aut si hoc uirtutes, illu  
uero perpetrata flagitia minime patiantur: uitii  
purgatorio exustis, uirtutes eam ad cœleste gaudii  
perducet. Quamobrem si quisq; adultus anteq; ope  
ra iusticiæ exequi cœperit, mortale peccatum com  
mittat, ac subito inopinantē mors obruat, perpetu  
incendijs pœnam subire non dubitamus. Nisi aliqui  
ratione misericordia Domini impetretur, quod in t  
hi casu arbitor propemodum esse impossibile. Qu  
enam existimet hominem tam subitanea morte op  
pressum spactum habere diuinam implorandi mis  
ericordiam. Sed interim fortasse istuc fieri posse  
precibus aliorū. Si uero fuerit noxa leuior, quo  
vulgo peccatum ueniale uel quotidianum dicitur  
non commeretur tam acerbum supplicij genus, att  
men non intrabit anima æternæ fœlicitatis regnum  
nisi eluatur prius. Præterea etiam si quisplam k  
mortali peccato fragilitate lapsus deficiat, mod  
camen multa sit eius uirtus, non patietur eum De  
æquitas æternæ mortis supplicio damnari. Non mi

## PARABOLA.

mus enim aequitatis est uirtutes remunerare, q̄ sc̄a  
lera punire. Proinde crimen illud iusto supplicio  
punitur, ac tum demū uirtus aeterna uitæ dono re-  
munerabitur. Alioqui iniquus uidebitur Deus, si ad  
peccata punitenda quam ad uirtutes remunerandas  
propensior sit. Dicere igitur hominem qui per totū  
uitæ tempus (si modo possibile sit) à uitiis sese im-  
maculatum seruauerit, atq; opera iusticie pro sua  
uirili exercuerit, si tandem in mortale crimen lap-  
sus subito implacato Domino moriatur, in gehennam  
damnari: hominum est parum considerate loquen-  
tium & in maximis rebus errantium. Certo enim  
credimus tametsi talis quispiam uel subitissimo ca-  
su obruatur inconfessus, inunctus, atq; altis omnibus  
sacrae Ecclesie aduersus hostem munimentis qua-  
morientibus adhiberi solent, destitutus (nisi temere  
forsitan misericordie Det diffisus) nequaq; ob istuc  
facinus in aeterni ignis supplicium damnari, Sed iusto  
purgatorij supplicio puniri, ac tandem uita aeterna  
beati. Ne quis igitur obsecro uel in extrema mortis  
hora peccati mortalis sibi conscientia animū despon-  
deat. Sed hæc perpetua cogitatio sauciæ consciencie  
& solatio sit, quod quamvis Dominus sis iustus ma-  
lorum ultor, est tamen aequus bonorum remunerator,  
patient & multæ misericordie.

Nec uero minus eorum opinio minuenda uide-

## PARABOLA.

tur qui ne minimam quidem uirtutem à Deo irremis-  
nerat am relictumiri putant. Quin potius contra.  
Si quis medium uitæ tempus totus Deo uacans am-  
bulans in uitis Domini, reliquum uero, uitiis deditus  
fuerit, atq; ita moriatur, ego quidem eius salutē de-  
sperandum credo, nisi precibus Ecclesiae aut alio  
quorum iustorum flexus Dominus magnum illi suæ  
benignitatis priuilegiū indulgeat. Neq; istuc me-  
um, aut cuiusvis alterius hominis dogma est, sed dī-  
uinum. Est enim ipse Deus aperte hoc eloquutus  
Ezechieliſ. 3. atq; itidem. 18. bis uerbis. Si conuersus  
iustus à iusticia sua fuerit, & fecerit iniquitatem  
ponam offendiculum coram eo. In peccato suo mo-  
rietur, & non erunt in memoria iustitiae eius qua-  
fecit, ut enim si quis post malam ultam pœnitentia  
ductus, totū fese uirtuti addixerit, omnium eius præ-  
teritarum iniquitatū oblitus citur Dominus: ita  
econtraſt quis post multum temporis uirtuti im-  
pensum ad uiam iniquitatis declinet, omnium eius  
præteritarum uirtutū non recordatur. quod quum  
pluribus sacrae scripture locis nobis indicauit Do-  
minus, tum præcipue Ezech. 33. bis uerbis, Quum  
recesserit iustus à iusticia sua, feceritq; iniquita-  
tes, morietur in eis: & quum recesserit impius ab  
impietate sua, feceritq; iudicium et iustitiam, uiuet  
in eis. Neq; audiendi sunt, si hoc pacto istuc se in-  
tellice

## PARABOLA.

telligere dicant, uirtutem omnem quantumvis exte-  
guam à Deo remunerari aut in hoc sèculo terrenis,  
aut in futuro bonis cœlestibus. Ex diuino enim elo-  
quio sciri potest quod Dominus hunc mundum tan-  
quam uineam quandam crearit, in qua nos omnes  
operarios collocauit. Tempus autem uitæ nostræ  
uni consertur diei. quæ ubi ad uesperum peruererit,  
dabitur mercenariis digna operibus merces: iuxta  
illud Psalmistæ, Extbit homo ad opus suum & ad  
operationem suam usq; ad uesperum. Psal.103. quod  
& ipse Dominus satis aperie testatur sua parabola  
Mat.20. Non enim iubet illic uinitor mercennarios  
conuocari hora undecima, aut duodecima, aut alta  
qua uis diet hora, iustum eis daturus mercedem: sed  
quum sero factum esset. Nihil igitur existimandum  
est præmij uitæ, in hoc mundo nobis dari à Domino.  
Sed est istuc ita ut dicit Ecclesiastes. 9.ca. Sunt ius-  
sti inquieti atq; sapientes, & opera eorum in manu  
Dei. Et tamen nescit homo utrum amore an odio de-  
gnus sit. Sed omnia in futurum seruantur incerta,  
eo quod uniuersa & euariant iusto & impio, bono  
& malo, mundo & immundo, immolanti hostias &  
sacrificia contemnenti. Nam (ut alios omittam)  
uidemus ne Iudeos atq; alios infideles omnium rerū  
affluentibus copiis ditari? Quamobrem quæso? Nū  
& deo (ut cēsent nonnulli) quia bona operantur? Quū

## PARABOLA.

enim (ut inquit) tanta sit Dei æquitas ut nullum malum relinquat in ultum, nec ullum bonum irreverteratum, debeantq; qui baptisati nō sunt cœlestibus carere bonis: Ideo in remuneratione bonorum operum quæ operantur explet eos diuitiis terrenis. Mibi berclè non ita uidetur, quia infideles sunt. Neq; Dominū Deum ac seruatorem suū cognoscere uolunt. Vt autem nostra (qui fideles dicimur) fides absq; operibus mortua est: Ita & illorum opera stōne fide mortua sunt, atque ut dicit Dominus Esaiæ .59. opera illorum, opera inutilia. Item. Esaiæ. i. ubi exprobrat eis suam contumaciā atq; incredulitatem dicens. filios enutriui & exaltauit: ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessore suum, & asinus præsepe Domini sui. Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit, uæ genti peccati, populo graui iniquitate, semini neq; filii sceleratis: dereliquerunt Dominum. &c. Proinde inquit audite uerbum Domini principes Zodomorū, percipite auribus legem Dei uestrī populus Gomor ræ. Quod mibi multitudinem uictimarum uestrarum dicit Dominus: plenus sum. &cetera. Ne offeratis ultra sacrificium frustra. Incensum abominatione est mibi. &cetera. Vnde uel luce clarius euadit nihil boni operari posse eos qui Deum despiciunt. Aut certe si quid, id frustra faciunt nulla inde recepturæ mercedem, q; & pluribus rationibus probari posset

## PARABOLA.

quibus nunc supersedeo. Quæ nam igitur esset istæc  
utritutis remuneratio, Quum in ipsis nulla sit? Imò  
quæcumq; faciunt, abominatio est Domino. Nō ma-  
gis igitur diuitiæ ac prosperitates huius mundi, ac  
cætera quæ uulgo ab hominibus bona uocari solent,  
bonorum præmia dicenda sunt, q; paupertas & ca-  
lamitas, & cætera quæ tanq; mala uitantur, pœnae  
malorum. Sunt enim (ut inquit Ecclesiastes. 8.) Ius-  
sti quibus mala perueniunt quæst opera egerint im-  
piorum: & sunt impij qui ita securi sunt, quasi ius-  
torum facta babeant. Vnde inquit propheta Job,  
• 17. Non peccavi, & in amaritudinibus moratur  
oculus meus. Non q; istuc dicat per iactantiam suæ  
innocentia, aut intolerantiam suæ miseriae. Sed ut  
nobis per eum Dominus præberet manifestum exem-  
plum patientiæ peccatoribus: doceret p; æquo ani-  
mo esse accipienda tam mala q; bona quod & idem  
alibi Raulo expressius indicat dicens. Si bona suo  
sceptimus de manu Domini, Quur mala non sustine-  
amus. Si igitur hic homo innoxius & quo animo tu-  
lerit miserias & calamitates, atq; infortunia mul-  
ta: quanto magis nos qui quotidie Dominum offen-  
dimus. Probat enim Deus hominem interdum infor-  
tuniis, interdum fœlicitatibus, interdum diuitiis:  
interdū paupertate. Nec minora sunt ferè pericula  
in paupertate q; diuitiis. Propter inopiam enim mul-  
ti de

## PARABOLA.

si deliquerunt, inquit Ecclesiast. 27. Proinde laudat Deus pauperes spiritu, diuites in fide teste Iacob. 2. siue careant siue polleant diuitis terrenis. Hinc igitur discite a charissimi non semper delinqussem homines quoties illis Deus mala eueniens sicut. Nec quoties illis bona eueniunt, sed fieri propter bonorum operum merita. Quo circa st qui sint qui dum sibi fortasse iusti uidentur, temperantes quantu possunt a malo, ac sedulo facientes bonum, malis afficiantur, atque incomoda patiatur: ne se pertinet a Domino tentari. Deus enim neminem tentat teste Iacobo. Sed a Deo probari. Quum autem probati fuerint, et inuenti fideles, accipient coronam uitae teste Iacobo. i. cap. Quin praestat (teste Petro) Ut bene agentes, st ita uelit Deliuoluntas, malis afficiamur, quam male afficientes. i. Pe. 3. Quae enim est laus, si quum peccantes alapis cedimus sufferimus? At si quum bene facimus, et tam malis afficiamur, sufferimus. Haec enim est gratia apud Deum. i. Pet. 2. Sunt igitur (ut paucis dicam) diuitiae et paupertates, prosperitas et infortunium, bona ualeudo et mala, ac cetera huiusmodi, res ipsae quibus bene aut male utendo aut premium aut penam mereamur. Nemo autem ignorat aliud esse mercedem, aliud id quo mercedem nobis comparamus. sed haec bactenus. Plura uero qua de hac re dicenda forent,

opos-

## PARABOLA.

oportuniōri fortasse loco reseruauimus.

At enim roget fortasse quispiam qui fiat ut sit abortiuorū tam dira conditio? Dicū est enim corū animas qui pueritiam transgressi sunt ob leue peccatum, nequaquam damnari: sed iusta punitione perpessa ad cœlum transfere. It autem quum nihil unquam deliquerint, perpetuis angoribus cruciane tur. Quis non & ijs saltem perpessa aliqua punitione ad uitam aeternam transferuntur? Certe istuc meretnr baptismatis sacramentum, quod tantam habet uim, ut etiam si quis foret omni criminе uacans, idemq; omni uirtute præditus: nisi baptisatus sit in nomine Domini nostri Iesu Christi, non poterit unq; beatorum numero associari, quanto igitur minus ijs qui nullouirtutis nitore ornati, originalis peccati macula polluti sunt. Sed interim licet cœlestis recognigatio non expleantur: sunt tamen ab omni doloris & iebennæ metu securi ac liberi. Hæc sunt quæ de anima maiores nostri religiosissimi tradidere, hæc credite charissimi, hæc fides antiqua est, hanc nisi mors mihi admittet nemo, hanc quæ so firmius seruate. Neq; post hac quouis uento doctrinæ circumferamini. Noua omnia hereticorum dogmata contemnите, purgatorium atq; ea quæ de abortiis habet nostra fides negantium, pluraq; multo de animabus ignauissime disputantium. Quoniam hæc

dicis

## PARABOLA.

dicit Dominus: State super vias & uidete , & ins  
terrogate de semitis antiquis quæ sit via bona, &  
ambulate in ea,Hieremie.6.Hoc itidem sapientis  
lium hortatur suum,dicens : Ne transgrediaris ter-  
ritos antiquos, quos posuerunt patres tut.Pro.22.

Postremo autem quod anima corpus pro suo ar-  
bitrio tam difficile moderari queat, nū il est aliud  
in culpa,quām aīdāua aduersarii interpellatio: qui  
nunq̄ cessat omnibus undiq; modis animam oppo-  
gnare,quo eam à via uirtutis detorqueat.Nec aper-  
to (qnod aiunt) Marte eam aggreditur: sed latētio-  
bus insidiis semper fallit,at q; bis potissimum artibus  
quod ab incunte etate infinitis terrestrium rerum  
curis eam impedit,quaē quidem prima facie adeo  
praeuideri nequeunt,nisi ex his quævis proficiisce-  
rentur mala. hinc fit ut omnes neglecto Domini  
consilio (monentis ut ante omnia quæramus rego-  
num Dei)utxdum pubertatem ingressi,diuitias,boz-  
nores,gloriam , & uoluptatem appetere incipia-  
mus. Proinde sane beatus Ioannes baptista in utero  
matris sue à Domino electus,continuo ut pueritia  
finitum triuideret,ac propè instare tempus quo ino-  
ciperet fallaciarum ac uanitatum huius mundi esse  
capax, priusquam contaminaretur à mundo rela-  
ctis sodalitiis atq; hominum omni frequentia diui-  
no instinctu in solitudinem se subduxit. Quodst  
quisq;

## PARABOLA.

quique nostrum à teneris annis, diuitias, honores, gloriā, uoluptatem, atque alta eiusmodi cōtemnere dīsceret, facile omnē diaboli impetum superare posset. Quae enim est alta ratio puritatis atque immunitatis uitorum quae est in pueris, nisi quod barum rerum curis minime exagitentur, quod uel istoc argumento declarari posset, Oblato enim pomorum una. Et autecorū uel maximo aceruo, contempta pacuria in poma propensus ruent. Quamobrem quæso, nisi quia id temporis eorum animi omni talium rerum cupiditate carent, neque adhuc eiusmodi sollicitudinibus quatuntur. Pernouit enim astutus ille ueterator bis et atibus corpora esse molliora, immēcilliora que, quam ut diuiliis, aut uoluptatibus, aut aliis eiusmodi rebus operam dare queant. Postquam autem barum rerum curis cupiditatibusque hominis animum sollicitauerit, facile eum ad quævis flagitia impellit: sensimque uirtutis fastidium cum cœlestis regni obliuione inducit. Quae enim bella, quæ lites, quæ homicidia, rapina, latrocinia, stupra, adulteria, aut alta quantumvis flagitiosas celera, quæ barum rerum gratia non perpetrentur? Quid moror? An non bisce rebus aduersarius noster diabolus illusus, atque ex altissimo æternæ claritatis loco in insum obscürissimumque præcipitatus tartarum, curauit. Et nobis eisdem paradisi portas obstrut, fauces

## PARABOLA.

fauces atq; acerbiſſimam ditis uoraginem aperit? Primum enim noster omnium parens buius sceleratissimis illusus consiliis atq; in hanc detestandam gloriae cupiditatem inductus, ad immittigabilem illam trahit prouocauit Dominum, adeo ut tot annorum milia placari noluerit, nec mirum. Quid enim indignus, quid molestius, quid contumeliosius, in Deum fieri potuit, q̄ ubi cœlum & terram ad diuinum suum honorem & gloriam creasset, cœlo angelis, terraq; hominibus decorata ut utriq; perpetuo conseretur, ueneraretur, benedicereturq; statim ab utrisq; summa illa maiestate contēniatq; ab angelis quidem prius. Qui postq; se tanta gloriae cupiditate illusos uident, hominem quoq; ex insidiis adorati in Dei contemptum illicere nituntur, atq; eodem quo ipsi perierant ueneno perdere. Ibi tamen, ab ibi inquam, miser homo uana istac gloriae cupiditate circumuentus, dum se sperat & qualem simileq; fore Deo, uiolato Dei præcepto infinitis calamitatibus obruitur, fitq; eius longe miserrima condicio: Quid tandem? Nonne ueteres illi doctissimi oratores, Philosophi & Poetæ harum rerum uesana cupiditate laborauere? Quanquam enim in hoc ferè conuenerint omnes, quod summum omnium rerum Deum aliquem esse non negerint: buc tamen omnis eorum cura ac labor dirigebatur. Non, quo huic placere

## PARABOLA.

placere niterentur, sed mundo. Utq; cum admirati-  
one hominum honoribus digni iudicarentur, mere-  
renturq; non solum quoad uiuent summis affici  
honoribus: uerum etiam post mortem aeternam po-  
steris sui memoriam relinquere, ut tandem per hanc  
famam immortalem, ipsi tanquam Di immortales  
colerentur: putabant enim multi in hominū esse sitū  
potestate quod uellent deos efficere. Quod autem  
eorum nonnulli mundum despiceret videbatur in so-  
litudine uitam agentes spretis diuitiis atq; hono-  
ribus: istuc ipsum faciebant uolentes hoc excellen-  
tiores aliis uideti, quod spernerent ea quæ uulgas  
mirari solet. Aut quia cōpertum habebant nequaq;  
sepe perfectam ueri cognitionem (in qua pleriq; to-  
tam consumebat aetatem) assequi posse, tantisper dū  
animus esset barum rerum curis impeditus. Item  
quod nonnulli à gloria cupiditate temperandum  
principarent, id ferè faciebant, quia non alia ra-  
tione gloria facilius quam fugiendo assequi so-  
let. Item quod à uitiis temperabant, affectantes  
prudentiam, iusticiam, fortitudinem, & temperan-  
tiam: hoc ipsum faciebant quia uirum talibus uir-  
tutibus præstantem uulgas hominum mirari solet.  
Atq; adeo minus mirum est in hac uana gloria cu-  
piditate aberrasse ethnicos, quum sint uel hoc sa-  
culo inter Christianos haud uulgari eruditione ui-

C      si quos

## PARABOLA.

ri quos video in hoc ita delirare, ut uel istuc magnis  
ficum esse ducat, quod nomina eorum quibus gratia  
ficari uolunt, suis libris studiose ingerant, quo pos-  
sint perpetuo inter mortales memorari. Atque eis  
uerso sunt nonnulli ingenio tam paruū uirili, qui hoc  
uel quis beneficio præferant, gratulantes interim  
sibi tanquam præclarum quiddam assecuti, quid qua-  
so puerilius, aut quid bac persuasione dementius?  
Nam quid proderit homini mortuo leuis illa nominis  
sui commemoratio? Meruit hanc auarus ille diues,  
meruit & Iudas ille proditor atq; mercator pessi-  
mus, aliiq; itidem et usdem generis plurimi. Sed nū  
hinc perpetuo cruciatui uel minimum solatum spe-  
rare possent: Ediuerso uero. Num sacratissima uir-  
gini Mariae uel minimum gaudij augmentum adde-  
re posset istuc si nihil præter immortalem mortali-  
bus sui nominis memoria reliquisset? Num beato Pe-  
tro? Num Paulo? Num cunctis altorum diuorum? Neque  
uero adeo sum imperitus rerum, ut nesciam utriusq;  
generis hominum damnatorum iuxta & beatorum  
posterioris prodesse memoriā: quod horum exemplo  
ad iusticiæ cultum alliciamur, illorum uero à uitiis  
absterreamur. Prodest & ignauæ iuuentuti doctiſ-  
simi cuiusq; memoria uel hoc solo nomine, quod ani-  
mi ad societatem fugam ac scientiæ cupiditatem inci-  
tentur. Sed illud molestum quod pleriq; studiis scien-  
tiae

## PARABOLA.

entia incubentes, eo stultiæ incident, ut omnem cogitationem, spem, laborem buc referant, quo deo functis sibi quasi rerum gestarum mercedem æternam parēt nominis sui famam. Quid enim stultius, quam eam suscepit laboris sperare mercedem unde nihil neque uoluptatis neq; commodi sis consequuturus? Neque eo minori reprehensione digni, quod hac in re Ciceronem, Virgilium, Horatium, Plinium, aliosq; immuneros, doctissimosq; uiros autores habeat, immo uero hoc magis culpandi quod horum hac in re eritori ne dicam autoritati, nimirum tribuant, negligentes interim diuinam illam Pauli, Petri, Chrysostomi, Augustini, Hieronymi, Ambrosii atq; aliorū huiusmodi autoritatem, predictis omnibus longè anteponendam, quos nulla (ut credo) gloriæ terrestris appetitio: sed diuino ardore flagrans illa euangelisandit, atque erranti populo ueram salutis æternæ uitam monstrandi cupiditas, ad inexplicabile laborum subeundum onus instigauit. qui dum nunc optata laborum suorum mercede perfruuntur, nibilo minus eam quam multi remis (quod aiunt) & uelis sequuntur, æternam apud posteros nominis sui memoriam reliquerunt. horum igitur charissimi quam ethnicorum sit longè potior autoritas: demusq; operam ut studiorum nostrorum aliquis emergat recip. fructus, quo possit quisquam euadere melior & ad bene beateq;

## PARABOLA.

uiuendum instruētior. Neq; tam perituram nostris laboribus quām perpetuam illam regni cœlestis gloriam appetamus mercedem. quo fiet ut simul asse quamur utramq;. Postremo uero nonne hæc eadem arma sunt quibus ipsum cœlorū regem Iesum Christum Dominum nostrum adortus est in deserto diabolus? Quid enim aliud sibi uolūt hæc uerba si filius Dei es conuerte hos lapides in panem: atq; itidem illa, si filius Dei es mitte te deorsum, quām ut hac gloriæ cupiditate ductus temere ostenderet potentiam suam atq; originis suæ claritatem? Quid item illa? hæc omnia tibi dabo &c. aliud, nisi ut animum eius diuitiarum cupiditatibus irretiret. Satin' hic aperte docemur diaboli insidias? primaq; hæc eius esse arma quibus nos potissimum adoritur ab adolescentia: ut ab his cautius prudētiusq; nobis cauemus, Christi exemplo præmoniti. Sed hæc hactenus.

Cūm sit igitur manifestum hominem ex duabus potissimum consistere partibus, corpore scilicet, & anima: sintq; corpori tuendo præpositi, reges, atq; imperatores. Animæ uero pōtifices, cardinales, atq; episcopi: horum partes præcipuae sunt, ut quanto est anima corpore nobilior, tanto maiore adhibeat diligētia ut hæc ab omni impetu ac perturbatiōe secura sit, quo liberè possit Dei seruitio, tota uacare. quippe quæ ad hoc solum creata sit. Illis uero præter cetera

## PARABOLA.

terra adnitendum, ut à nimiis imperandi cupiditatibus (quæ multarum plerumq; calamitatum caussæ existere solent) sint liberi. Quarum rerum ardorem si quando principum animos occupasse pontifex, aut episcopus, aut cardinalis intelligat, diuini sermonis fonte (si fieri possit) restingat. Ac sedulo utrinq; tam pernitosam reip. pestē omni ratiōe fugere suadeat. Aut si tanta cui insit bella gerendi libido: ea potius in Christiani nominis hostes expleatur. Nec tam pugnandi aut regnandi animo ad hoc proficiscatur, quam ut Christi (non suo) imperio omnia terrarum regna subiificantur. atq; in iis quibus nūc exultat regionibus altissimum eius nomen coli, uenerari, atq; ad sidera tolli incipiat, fiatq; unum ouile atq; unus omnium pastor Christus. Prainde sanè baud parua salutis humanae portio est pontificem babere soleret, pacis ac cōcordiae totius reip. Christianæ amatorem ac defensorem prudentissimum, ac uitam Domini sedulo ambulantem. Qualem fuisse inter cæteros Ioiadam pontificem Hierosolymitanum ex sacris literis accepimus. quia tanta prudentia cuncta administrabat, ut tantisper dum uiueret, fecerit rex Iudea Ioa quod rectum est coram Domino. A quo post mortem Ioiada non solum ipse, sed & omnis populus cum eo continuo recessit, derelictoq; Domino Deo patrum suorum scruluit idolis. 2 Paralip. 24.

## PARABOLA.

Meminerint autem iij utriusq; generis superiores,  
quanquam aliis praefecti sint, nihil tamē minus di-  
uino sese subditos esse imperio, iis quib; us imperant  
ipsi : Nec sufficit eos operam dare ut à rep. quam  
gerunt quām maxime absint uitia, uirtutes, atq; ope-  
ra iusticie dominantur: Sed interim maxime curare  
debent ut seipsoſ à uitiorum contagis illæſos seruēt  
uirtutibus quotidie magis ac magis ormentur, uel  
hoc nomine quod efficacissimum genus abortatio-  
nis sit, facere ipſos perfectos quæ à subditis fieri  
uolunt. Quid autē proficiunt ſi uel omnes ſibi com-  
missas oues Christo lucrifaciant, propriæ autem  
animæ iacturæ interim patiatur. Perinde istuc eſſet  
ac ſi quis alienum agrum colendum uifcipiat, atque  
in eucl optime ſuo fungatur officio: proprium au-  
tem interim habeat derelictui. Quocirca pulchre  
huiusrei admonentur quicunque populis præceſſe  
ſtudēt ſapient. 6. hiſ uerbis. Præbete aures uos qui  
continetis multitudines, & placetis uobis in tur-  
bis nationum, quoniam data eſt à Domino potestas  
uobis, & uirtus ab altissimo: qui interrogabit opera  
ueſtra, & cogitationes ſcrutabitur. Quoniam quum  
eſſetis ministri regni eius, non recte iudicauit, nec  
cuſtodiſtis legem iusticie, neq; ſecundum uoluntatē  
Dei ambulauit. Non minor igitur bis quām nobis  
aduigilandi cura incumbit ne inopinantes à Do-  
minū

## PARABOLA.

mino opprimantur. Quin potius duplex illis labor  
est. Debent enim & reip. & propriæ salutis ratione  
habere, quo & grauius etiam iudicium portaturi  
sunt, iuxta illud Sapientiae. 6. Iudicium durissimum  
in his qui præfunt fiet. Sunt enim speculatores Ec-  
clesiae, qui (ut ait Dominus) si uiderint gladium uen-  
nient, & non insonuerint buccina, & populus se  
non custodierit, ueneritq; gladius & tulerit de eis  
animam. Ille quidem in iniuitate sua captus est,  
sanguinem autem eius de manu speculatorum re-  
quiram. Quod tametsi de spiritualibus speculatoro-  
ribus potissimum dixisse Dñs uidet posse: ego tamen  
in sacerdotalibus quoq; locū habere existimo. Qui nisi  
gladio iusticie ac crebris præconum clamoribus  
sceleratos poena metu à uitiis absterret summamu-  
q; in perquirendis atq; apprehendendis impiis im-  
pendant diligentiam: paulatim tanta irreptura est  
peccandi securitas ut, & iustorum mores corrum-  
pantur, quorum sanguis de manu sacerdotaliū specu-  
latorum requiretur. Quod utinam in animum indu-  
cere queant homines. Certe non solum non ita ut  
nunc expeterentur imperia, sed & multi depone-  
rent, multi etiam oblata non acciperent, Nec ultra  
esset tanta inter eos honorum contentio, Sed expe-  
ctaret quis q; (qui olim nostris mos erat maioribus)  
donec à Domino per populum, in præfectum sic

## PARABOLA.

*spiritualem siue sacerdalem eligeretur.*

Post hæc autem ostendendum in neutro hominum genere esse quenquam cui præ ceteris prærogatiæ quicquam indulgeatur. De mortendi entitatib; nascendi perpetua illa uiciſſitudine uanum ferre hic multa dicere uisum est. quem tam aperte uebis nequit declarari unquam, quin re atq; experientia sit omnibus longe manifestior, atq; ita omnino se habet ut dicit Ecclesiasticus. 14. *Omnis caro si cut fœnum ueterascit, & sicut folium fructificat in arbore utridi, alia generantur, alia deſciuntur ſic generatio carnis & ſanguinis, alia finitur & alia nascitur.* Nullus est tgitur apud Dominus personarum respectus. Neq; enim plus indulget ſacerdotibus quam agricolis aut caligariis aut calcariis. Neq; Pontificibus aut cardinalibus aut Episcopis plus indulget quam regibus: aut Imperatoribus, aut Ducibus, aut mercatoribus. Neq; omnipotens pluris facit spirituales quam ſeculares. Sed quisque in ſuo uitæ genere eius mandata ſedulo ſuare ſtudet, aut negliftit: utq; ſua forte fruitur uitib; aut uitiis deditus, ita eū aut amat aut odit. *Quod cquidem multis ab hinc annis perſuafum eſſe hominibus optarem, meliuscule (nt fallor) res ſeſhumanae haberent.* Tanto enim errore, tantaq; mentis infania uulgaris hominum laborat: ut uix quis existat.

## PARABOLA.

existat parens, qui non ita cogitare uideatur: Nunquam sese cœlestis regni fore participem, nisi filium habeat sacerdotem. Ac tum demum beatum se quisque putat atque in tuto rem esse quum hoc assequutus sit. Quia in re multi adeo falsi sunt ut quam sibi sperabant fore caussam salutis, fuerit et ipsi et liberis extremi caussa exitij. Quamobrem quo et tutius paulo et circumspectius in utroque uita gente re agatur, multoque minus habituri sint scelerati quod rodant atque ad calumniam rapiant offensi. Non abs refuerit hoc mali (si modo possibile sit) ad salutem conuertere. Solet enim parentes unum alio quem ex liberis aut plures nonnunquam sacerdotio destinare, plerique autem fortunæ tenuioris quam ut ualeant (nonnulli etiam agrestioris ingenij aut tenacioris quam ut uelint) scholastico precio multum impendere, indoctos planè ac rudes nonnunquam à rastris ad sacerdotium agunt. Hoc (nisi fortasse aliqua utilitatis ratio suadeat) extremae profectio dementiae est. Ait enim Dominus Ezechielis. 4.4. Populum meum docebunt sacerdotes quid sit inter sanctum et pollutum, et inter mundum et immundum ostendent eis. Quomodo autem docebunt id quod ignorant ipsi? Quo circa probe, Ecclesiasticus. 25. Quam speciosum, inquit, Canicici iudiciū, et presbyteris cognoscere consiliū. Quis est enim ut alia

## PARABOLA.

omittam) sacerdos tam indoctus, qui hodie confessoris partes sibi uendicare uereatur? Tum (quod est multo omnium miserrimum) unicus sit indoctus confessor, ad hunc nescio qua fiducta omnes fermè confluunt indocti, tanquam agroti qui sese ignauo malunt committere medico quam perito. Atq; ita sit, ut imperita multitudo in eadem perpetuo heret ignorantia, contra quam confessio potissimum instaurata est. Nam qui fieri potest, ut is quenquam recte instruat, qui sit ipse male instructus: aut babeat consilij copiam cui sit scientiae inopia? Alij uero in hoc magnam rei familiaris partem exhausti, ut eruantur, quod sane iusta omnino reprehensione careret, si modo aliquanto consultius moderatus fieret. Ac nisi parentes ita planè in animum inducerentur satius esse carere pecunia quam filio sacerdote, Proinde quisquis sit ille parente qui cupiat filium ad sacerdotij dignitatem promouerit, imprimis perspecto omnium ingenio (st quidem plus res habeat) deliget eum quem arbitratur esse indole omnium optima. Hunc ante omnia doceat celestia appetere, & quicquid est terrestrium rerum contempnere, tradatq; eum preceptor, moribus ac disciplinis quam optimis imbendum a puer. Tandem autem ubi fuerit iam annis firmior ætas, tum demum eius animum ad sacerdotium aut alterum uitæ genus.

## PARABOLA.

nus exploreat, qui propter etatis inconstitiam, anima  
ta omnino cognosci nequit. Nec subito patrio coa-  
ctus parere arbitrio in alterutrum ut & genus pre-  
cipitetur. Quo neq; ulla capitalior pestis anima-  
bus afferri potest. Neq; alia res nuper nobis tot  
scandala genuit, tanquam malis hominibus calum-  
niandi oportunitatem dedit. Neq; enim essent hodie  
tam multi mali sacerdotes: nisi indies nimia paren-  
tum inhumanitate sacerdotium capessere cogerent-  
tur iniusti. Nec tamen protinus omnis illi quæcumq;  
libet faciendi detur licentia. Nondum enim satis  
perspicit ea etas quæ recta sunt aut prava, magisq;  
semper appetit ea quæ spectant ad libidinem quam  
ad salutem. Sed longè melius prudentiusq; facturus  
est parent, si propositis ob. oculos tam sacerdotij  
quam matrimonij commodis pariter & incommodis,  
spacium illi concedat quem potissimum uitæ cursum  
sequi uelit deliberandi. In qua deliberatione ad pro-  
priam naturam non ad parentis immoderata libidinem  
omne consilium conferre debet. Quia in re multum  
mali his temporibus in exemplo est. Solent enim pas-  
sim in sacerdotium præcipitari utrumque ephœbiam  
transgressi. Solentq; illis magis semper propont  
matrimonij incomoda quam sacerdotij pericula.  
Proinde uero filiorum sit principio curare ne teme-  
re parentibus aduersentur. Quoties autem fit (quod  
plerum

## PARABOLA.

plerumq; accidere solet) ut parentes instantius ure-  
geant, uel intq; eos ad sacerdotiū capessendū uel ino-  
uitos cogere: si refragetur animus parentū consta-  
lio, nec sibi posse uidetur propter uitiiū aliquid na-  
turæ uitæ agere sacerdotio digna. Imprimis uiciosa  
illam naturā corrigere studeant, ac quantū possint  
animū ad sacerdotiū applicent, sed si id nō possit:  
potior sit eis sua salus q; parentū inconsulta consta-  
lia. Nec in re tam periculosa quicquam uereri ope-  
ret parentibus reluētari. Quia in re diuum Franciso  
cum fortissimum se exhibuisse accepimus, qui nullis  
unquam mortalium consiliis adduci potuit, ut sa-  
cris iniitaretur. Q uum altoqui esset illi decretum  
omnino à nuptiis temperare ac cœlebs uiuere. Inde-  
gnus se perpetuo æstimās qui tam uenerabile, tam  
que purum Eucharistie sacramentum, tam uile  
sordido pectoris sui hospitio indies excipere præ-  
sumeret. Cui haud minorem quisq; nostrum debet  
honorem ac reverentiam, quam si unigenitum Dei  
filium Iesum Christum in summa maiestate cœlitus  
descendere uideret, quippe qui sub istoc panis inuo-  
lucro non minus uiuus ac potens latet, quam est in  
regno cœlesti ad dexteram patris residens cunctaq;  
gubernans. Huius igitur exemplo discite o adoles-  
centes, quam non sit parua res fungi sacerdotio.  
Neq; id contemnите, sed reveremini, quod uobis fa-

ctu

## PARABOLA.

*Et uero erit multo facilius, si iuxta Pauli suum quisque  
se probè exploreat priusquam de pane illo sumere  
præsumat. Semperque hæc eius dicta animo obuertentur : Quimanducat indigne iudicium sibi mandu-*  
*cat. 1. Corinth. 11.*

Sed duo hic forsitan querenda sunt. Imprimis,  
Num Dominus plus uideatur sauere diuitibus atque  
opulentis in summa uoluptate ac rerum omnium  
affluentia uitam agentibus, quam pauperibus atque  
inopibus in summa ægestate ac miseria uiuentibus.  
Non placet. Quamvis enim tam paupertatem quam  
diuitias largiatur Dominus, iuxta illud. Dominus  
pauperem facit et dicit, humiliat, et subleuat,  
1. Regum. 2. Quum tamen nibilo pluris sint in con-  
spectu eius diuitiae quam paupertas: falso igitur ut  
debitur uni plus indulgere quam alteri, eodque huic  
diuitias, alteri uero paupertatem tribuat. Pusillum  
enim et magnum ipse fecit, et equaliter est illi cu-  
re de omnibus Sapientiae. 6. Benedicitque omnibus  
qui timent Dominum pusillis cum maioribus. Psal.  
. 113. Porro autem quod nunc temporis unum præ-  
stantius atque eligibilis altero uideatur, Id ex homi-  
nium consuetudine ortum esse constat: quod nobis  
rerum paulo altius repetito exordio declarandum  
est latius. In principio enim quum creasset Deus  
coelum et terram, erat terra tamen uacans quæda-

bare

## PARABOLA.

bæreditas, in cuius possessionem à Domino Deo mis-  
sus est Adam, cum &is eius (dempto arboris scientiæ  
boni & mali) fruiturus fructibus. Aut a uero Adæ  
familia, liberi eius separatim habitare ac per paria  
quoq; coniungi cœpere, non quod ulla adbuc es-  
set diutiarum contentio aut controuersia, sed quia  
numerus eorum quotidie magis ac magis crescenda  
erat, ut aptè una domo capi non potuisse  
sent. Studebat enim quisque cum suo coniuge li-  
beris operam dare, adeo ut bæ tandem familie ita  
auætæ, in alios atq; alias rursus in infinitum diutde-  
rentur, ac latius quotidie dispergerentur. Necdum  
quicquam erat alicui proprium. Neque Reges, neq;  
Imperatores, neque lex ulla. Postquam autem homi-  
num multitudo in infinitum fermè excreuisset, ac  
bonam totius terræ partem occupasset: consentanea-  
rum fore uisum est præfectos cōstituere quibus rei  
publicæ administratio atque imperandi potestas  
committeretur. ea demum lege ut neque constitue-  
rent neq; ædicto quicquam præciperent, nisi prius  
populum consuluisserent, & quum ne uidetur an in-  
iquum, honestum an turpe, quod constituere uellent.  
Tum primum homicidium legibus probiberi cœptū,  
atque incestæ nuptiæ primum à legitimis diuisæ.  
Nam antea fratres sororibus, patres filiabus con-  
iungi licebat, nec ullum erat illicitum matrimoniu.

Vbi

## PARABOLA.

Vbi autem uiderent homines horum superiorum institutis honestam quandam ac liberalern uituēdi consuetudinem induitam esse, nec tantam hominum multitudinem commode in unum conuocari posse quoties esset sancienda lex, tandem eis liberam quiduis imperandi ac prohibendi potestatem tradidere, ita ut non esset illis ultra necesse populum consulere. Tum deng⁹ factum, ut totus terrarum orbis in regna, imperia, ac deinceps in singulas singulis partes diuisus sit qui ante a fuerat cōmunis. Tum demū cōstitutū, ut quisq; sua sorte cōtentus, alterius partem nec ut nec dolo diminueret. Necdum emendati aut uendendi contractus inuenti: sed permutatio onibus negotiorum usus, sed quia non semper (ut inquit Iustinianus) nec facile concurrebat, ut quū tu haberes quod ego desiderarem inuicem haberem quod tu accipere uelles, electa materia est cuius publica ac perpetua estimatio difficultatibus permutacionum aequalitate quantitatis subuentret. Hinc numerosi cudi iussum, ut his omnia quibus egerent homines compararentur. Tum demum cœpit quisq; tanca pecuniarū auiditate flagrare, ut nihil pensi haberet quoniam pacto eas sibi pararet, quales adhuc hodie paſtim existunt plurimi. Ex qua tandem pecuniarum auiditate nata est inuidia, quantoq; mai-

## PARABOLA:

ior erat diuitiarum copia, tanto magis crecebat in dies plura habendi libido. Vnde imprimis cœpere Reges atq; Imperatores inter se dimicare ac ferro experiri quis eorum solus regnaret. Hinc castra utring; ædificari cœpta, atq; hominum conuicticula muro ac fossa cingi, quo tutiores essent ab hostium incursibus. Procedente uero tempore quum multis sua bona aut ui hostium, aut insuperatia aut prodigalitate, aut alia ratione amitterent, atq; aliis edituero aut dolo aut ui ab aliis eripiendo, aut parsimonia rem familiarem exaggerarent, ubi prius erat æqua omnium condicio, nata est hinc sortium omnis inæqualitas. Tum denum seruitutes, multaque alia introducta sunt mala, atq; aliis diues, aliis pauper, uocari cœpit. Postquam autem (uel Salustio teste) diuitiae honori esse cœpere, & eas gloria, imperium, potentia sequebantur: paupertas probro haberi cœpit. Quod si eadem hæc sequerentur inopiam, colereturq; magis pauper quam diues: baud minori studio appeteretur paupertas, quam nunc diuitiae, tanta inuasit homines glorie cupiditas. Manifestum est igitur in conspectu Domini diuitias nihil esse potiores inopia, neque has uni largitur potius quam alteri, quod sint meliores aut detestiores. Sed iuxta Euangelicam parabolam tribuit unicuiq; secundum propriam uirtutem suam: uni duo

alteri

## PARABOLA.

alteri quinq<sup>u</sup> minas , alteri uero unam . hoc est uni  
maiores diuitias , alteri minores : uni grauiorē pau-  
peratē , alteri leuiorem . Domini enim est terra , &  
plenitudo eius . Cur ergo non liceat ei omnia sua  
pro suo nobis arbitrio impartiri . Quis est qui ei re-  
sistere possit ? Proinde sanè nostrū est partes nobis à  
Domino datas & quo animo accipere . curareq; ne eis  
abutamur . Neq; similes simus seruis obmurmurantib-  
us Domino suo ac dicentibus , Cur me in grauitus  
opus constitueristi quām conseruum meum , aut cur  
mibi duriores partes dedisti quām illi ? Sic enim lie-  
bet ei qui dominatur cūctis dominantibus . Nos ope-  
ram demus ne quis et obmurmuret unquam . Sed ad-  
nitatur quisq; sedulo incumbens operi sibi dato : Ide-  
que adeo antmo lubenti ac beneuolo . Nihil enim nō  
si uerbera obmurmurando lucrifaciet sibi . Porro  
autem quod si hic diues donaretur diuitiis , ut laute  
ac delicate in summo ocio ac uoluptate uitā agat  
non minus postea sempiternis fruiturus bonis : pau-  
per uero inopia , ut hic in summaretum omnium ege-  
state ac multis calamitatibus uiuat , non minus  
eternis miseriis in futuro seculo cruciandus : facile  
uidet quisq; quām esset pauperis detestanda con-  
dicio . Sin autem hic diuiti daretur omnibus suis de-  
sideriis satisfacere , eo omne ut in futuro seculo bo-  
nis careat sempiternis : pauperi uero miserias pati ,

D ut in

## PARABOLA.

ut in futuro s<sup>e</sup>culo sempiternis bonis beetur: Ita  
quoq; fieret ut plus uni indulgeretur quām alteri.  
Quanquam enim utcūsīm alteri uoluptatem seque-  
retur luctus, alteriuero contra luctum se queretur  
uoluptas: Esset tamē etius sors longe opt. abilior qui  
pro trāistoria ac breui miseria consequeretur aeter-  
num gaudium, Multoq; miserabilior alterius qui  
pro breui ac uana uoluptate sortiretur aeternam mi-  
seriam. Sic igitur res habet, Quæcunq; nobis largi-  
tur Dominus, ea tanquam instrumenta quædam lar-  
gitur, quibus aeternam nobis paremus gloriam. Dis-  
uici quidē diuitias, ut eas ad beneficentia cōferen-  
do eam consequatur. Pauperi uero egestatem atq;  
inopiam, ut per tolerantia suam eandem conseque-  
tūreatur. Atque codem ferē sese res habet modo in  
fælicitate & infælicitate, rebus aduersis ac proso-  
peris atq; aliis donis. Neque facilius uita aeternam  
assequere diuitiis quām inopia, nec contra facilius  
inopia quām diuitiis. Quemadmodum in scholis ubi  
tam ægeni quām diuites uersantur discipuli. Nihilo  
magis proficiunt diuites ægenis, nec contra ægeni  
diuitiis. neque enim paupertas quicquam, neq;  
diuitiae prosunt aut obsunt ad descendam lectionē.  
Sed si (cæteris paribus) uterq; parem descendæ le-  
ctioni impenderit diligentiam: fiet ut neuter altero  
rectius lectionem calleat. Contigit autem nonnunq;

ut dī

## PARABOLA.

ut diues condemnatus sit, qui fortasse uitam adeo  
ptus esset pauper: utq; inops & eterna morte mulctas  
tus sit, qui fortasse pœnam hanc nunquam incurris-  
set diues. At neque paupertas tamen neq; diuitiae  
buius rei culpanda sunt, sed is homo qui res prospe-  
ras aut aduersas immoderate ferens, aut inopia, aut  
diuitiis suis abutitur. haud secus quam homo ebrio  
us qui homicidium, aut aliud flagitium commisit,  
quanquam id fortasse sobrius nūquam perpetrasset:  
Minime tamen ultimum culpari debet, sed ipse homo  
qui per intemperantiam suam uino abutitur. Quo-  
circa haud inepte sanè Terentianus ille Chremes.  
Ea inquit quæ quidem in homine dicuntur bona, pa-  
rentes, amici, genus, diuitiae, &c. perinde sunt utili-  
lius animus qui ea possidet. qui uti scit, ei bona:  
ei qui non utitur recte, mala. Hinc est quod in euano-  
gelio haud citra exprobationem auaro obilitetur.  
Recordare fili quod ceperis bona tua in uita tua:  
& Lazarus similiter mala. Nunc hic solatio frui-  
tur: tu uero cruciaris. Luc. 16. quasi dicat. Vide  
miser quo te induxerint, quātaq; mala pararint tuæ  
tibi diuitiae ac facultates, quæ tibi nimis bona uideo-  
bantur in uita, quibusq; in summis deliciis abuteba-  
re. Lazarouero suæ calamitates (quæ uulgo ab  
hominibus mala babent solent) quas tam forti animo  
passus est in uita, sempiterna bona pararunt, Pro-

## PARABOLA.

Inde uero Dominus Deus noster qui in altis habitat  
altissimus maximè seipsum humiliare, atq; ille ipse  
cuius sunt omnes diuitiae cunctaq; Regum sceptrae  
pauper fieri uoluit. Diuites quidem suo monens ex-  
emplo, ut quantuuis magnis polleant facultatibus,  
semper pauperes sint spiritu, ac misereantur pau-  
perum. Atque etiam si ad sydera usq; exalentur,  
ipsi sese semper humilient. Pauperes uero ne in per-  
sequitionibus calamitatibusq; suis aut animum deo-  
spondeant, aut blasphement: dum uident illustriſſi-  
mum cœlorum regem spretis diuinitis, elegisse ino-  
piam, atq; ut quoties propter inopiam cōtemni se à  
mundo moleste ferunt: cogitent se à Domino mino-  
me cōtemni, qui & ipse contēptus, spretus, irrisus,  
atq; odio habitus est multisq; calamitatibus preso-  
sus. Quod & alias inter cætera uoluisse Dominum  
solatio esse oppressis ipse satis indicat discipulis  
suis, dicens. Si mundus uos odit: Scitote quod me uo-  
bis priorem odio habuerit. Io. 15. Atq; bæc quidem  
ipsa est ratio cur Dominus noster Iesus Christus di-  
uinitibus interminetur, dicens. Væ uobis diuitibus  
&c. Nō quod eis magis maledicat, aut contēnat eos  
magis quam pauperes. Sed ut his minis territi, sed uo-  
lo fugiant prodigalitatem, auariciam, fastidium,  
superbitam, & arrogantiam: ac per beneficentiam  
suam cœlesti consortio iungi mereantur. Pauperes  
uero

## PARABOLA:

Uero blandius alloquens consolatur his dictis, Beati pauperes &c. Non quod illis potius quam diuitibus cœlestis regnum pollicetur, sed uti istoc solatio exciti caueant impatientiam, desperationemque, ac tolerantiae suæ uitam eternam studeant habere mercedem. Neque uero mirū uideti debet, quod dum uult omnes ad uitam reducere, unum minus urgeat: alterum uero blandissimis ac promissis alliciat. Comperit enim habemus diuitias plerique comitari arrogantiā, paupertati uero uicinam esse intolerantiam, unde optimè precatur Ecclesiastes. 30. Mendicitatem inquiens & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum uictui meo necessaria, ne forte saeptius illiciar ad negandum, & dicam quis est Dominus? Aut aegestate compulsus furor & periurem nomen Dei mei. Si autem opibus diuitium accedes ret promissio bonorum cœlestium: profecto arrogantiæ maius quoddam fomentū suppeditari, atque oleum (quod aiunt) camino addi uideretur. Pauperiuera si præter calamitatē atque miseriam adderentur miseria: uideretur irritari magis & ad desperationem furoremque prouocari. Atque hæc quidem bactenus.

Secundo uero inuestigandum uidetur. Quum sit diuinæ gratiæ quicquid sumus aut possumus, num unius plus gratiæ tribuat Dominus quam alteri, magis bunc ad salutem trahens quam illum. Quoniam

## PARABOLA.

enim pacto aliter fieri posse uidetur nonnullos uel ab ipsa statim adolescentia ad ea quæ recta sunt coram Domino applicare se, alios autem non itidem ne hoc quidem placet. Est enim istæc hominum culpa, non Dei, qui æquam omnibus impartiit gratiam, atque ab ipsa statim adolescentia pari gratia nos omnes extimulat, uocatque noctes atque dies ad facienda ea quæ ducunt ad salutem. Sed hanc gratiam multi oblatam negligunt magis diligentes tenebras quam lucem. Alij sese præbent gratiae, totisque viribus nituntur ad ea ad quæ uocat gratia, quibus sedulo admittentibus cooperatur Dominus, additque constantiam ac robur. Alij uero peccatis corrupti, ab eo reiecti sunt, eaque nullum ferre possunt fructum, nec quicquam bonum agere. Sicut enim palmes non potest ferre fructum à semetipso nisi manserit in uite (ut inquit Dominus, Ioan. 15.) Ita nec nos nisi in eo manserimus. Nunquam tamen desinit Dominus uocare illos, atque iterum ad se ut redeant monere. Quintimò ne expulsus quidem recedit, sed ante ostium manet pulsans, ut ei aperiatur. Minime igitur Domino imputandum quod nonnulli decim aut duodecim aut plures annos, nonnunquam etiam totam uitam transigant, iniquitatibus usque adeo inuoluti, ut ne in animum quidem inducere queant aliter esse instituendam uitam. Nam ut aduersa

## PARABOLA.

uersarius ille noster diabolus perpetuo nos nititur  
impellere ad prava: ita edituerso seruator noster Ies-  
sus Christus nunquam desinit uocare ad ea quae recta  
sunt. Quoniam autem omnes ingenita quadam fragili-  
tate magis appetimus uana quam cœlestia: fit ut  
facilius spiritui maligno auscultemus quam diuto-  
no, quippe qui nil nisi uoluptatem, ocium, ac delicias  
cetera quibus carnem haud ignorat delectari  
plurimum ob oculos ponat, atque bis rebus adeo ho-  
minum mentes commouet obtundit, ut salutem pla-  
nè obliuiscantur suam, negligantque ad eandem Dei  
extimularem gratiam. Hoc igitur pacto fieri solet,  
ut alios altius longe meliore uitam agere uideamus,  
non quia plus gratiae acceperint a Domino: sed quia  
magis sese applicant ad ea ad quæ uocat spiritus  
sancti sibi.

At qui hic mibi obstinate (ut solet) ab hereticis  
nostris occurritur, dicentibus haud ita sese rem ba-  
bere ut dixi, nec esse in hominis arbitrio situm appli-  
care se ad opera bona uel auertere, sed ut cetera  
omnia, ita hoc fieri ex mera necessitate. Proinde  
o Luitbere (ad te enim sermo flectendus est, qui es  
huius sectæ auctor) hic mibi optem banc tuam in-  
terpretari sententiam, quam ne tui quidem sectato-  
res intelligere possunt. Dicunt quidem certe intelli-  
gero se: sed re parum probant. Age libet hic ueris

## PARABOLA.

(non sophisticis) rationibus tecū agere. Quando ita  
affirmas omnia fieri ex necessitate, uin' tu aliquam  
esse necessitatem: cui uel ipse Deus parere debeat?  
Mibi sanè ita uidetur, nam si omnia fiunt necessa-  
rio, non potest Deus non permettere quin ita fiant,  
quod enim fieri necesse est, id idem non fieri impos-  
sibile est. Nequaquam inquieres fortasse, sed ita istuc  
intelligi uolo (quemadmodum & alias mihi à tuis  
interpretatum fuit) Omnia fiunt ex necessitate, id est  
fato quodam, diuinoq; Dei iudicio. Quæ enim Domi-  
nus fieri uult, necesse est ut fiant, quæ autem fieri  
non uult ea fieri impossibile est. Probè. Sed istuc ip-  
sum non satis intelligo. Si enim ita intelligas. Omnia  
fieri iudicio Dei, id est, diuina eius uoluntate per-  
mittente, quasi nihil fiat quod non facillimè à Domi-  
no impediri posset si uellet, bona igitur opera, qui  
fiunt iudicio Dei: quæ ne uelle quidem impediri po-  
test unquam. Magnæ enim incostantiae foret cū qui  
nos perpetuo ad bona opera inuitat extimulatq;  
ita mutare sententiam, ut eadem impedire uellet.  
Sin uero (borum enim alterum dicendum est tibi) ita  
intelliguelis, nihil fieri quin Deus hoc ita fieri ue-  
lit uoluntate urgente, ne hoc quidem uerum est.  
Sepe enim Dominus tum in veteri, tum in novo te-  
stamento increpans atque acerrime reprobans  
mala opera, satis indicat ei multum esse molesta,

tantum

## PARABOLA.

tantum abest ut ea fieri uelit. Item ait Dominus antina quæ peccauerit, ipsa morietur. Ipse autem non uult alicuius mortem. Igitur nec uult quemque peccare. Ideoq; iusti toties iniquitates suas deplo-  
rarunt, ueniam implorantes quod fecissent quippi-  
am, quod minimè factum oportuerat. Quid enim est  
aliud dicere tibi Domine peccauis, quam fateor me  
aliquid perpetrasse uoluntati tuae cōtrarium. Nemo  
pē mādata tua transgressus sum, quæ tu uis seruari  
nimis. quid quoſo est aliud peccare, quam facere  
quod non est faciendum? Quonam autem modo pec-  
cat quis necessario, si omnino non est peccandum?  
Deniq; (ut tuis ipsius factis te urgeam) si omnia fiūt  
ex necessitate, quid igitur tam crebris cōultiis pon-  
tificum, episcoporum, ac sacerdotum omnium omnia  
reprobendis uicia? Ita ne obstinate necessitati, diuitiis  
noq; Dei iudicio resistis? Si ita Dominus omnia fieri  
uult, quin tu eos simis diuinæ uoluntati obtēperare?  
Sed dices fortasse ea quæ faciunt diuinæ uoluntati  
esse contraria eoq; merito à te reprobendi. Quid si  
unt igitur ea diuino iudicio? Ita ne Deus temerè suo  
ipsius arbitrio aduersatur? Quid uerbis opus est?  
sileant leges, prætorumq; adicta, ac suo quisq; fru-  
atur ingenio, furetur, latrocinetur, adulteretur, &  
quocunq; rapit insana libido sequatur. Quid enim  
hæc frustra minantur, si omnia ita fieri necesse sit?

D 5 Ponant

## PARABOLA.

Ponant reges ac magistratus omnem dominadit au-  
toritatem, nec ultra tantis reip. curis solicitentur.  
Sileant & sceleratissimi tui cōcionatores, nec amo-  
plius uerba inania fundant. Quas quæso hic nobis  
affers rationes? Ridiculas sanè ac pueriles, qualia  
sunt omnia istæc noua tua dogmata: quorum licet  
bonam partem perlegerim, nullatenus inueni quæ  
non facillime uel à pucto refelli possent. tantum ab  
est ut uerum sit (quod tu impudenter gloriaris) ita  
ueras esse omnes tuas opiniones, sacrisq; rationibus  
munitas, ut nemo sit theologorum qui uel uerbo eis  
ultra obstiere possit. Quo sancè (ut alias plurimum)  
manifestissimè ignauam prodis ingenij tui impu-  
dentiam. qui quod est uicio dandum, nō uerear is tia-  
bi ducere laudi. Iam dudum enim omnes quasi abie-  
cto clypeo tibi cedere uidentur, non quod inexpuga-  
nabilibus rationibus eos occideris (ut uerbis utar  
tuis): sed quod temeritatem uitare studeant. Adeo  
enim tua omnibus innotuit impudētia, atq; improba  
loquacitas, ut ob fornaciis (quod dici solet) uerbis ob-  
stuere factlius forè existiment, quam te loquendo  
uincere: Sed hæc missa factamus. Nulla enim mihi  
tecum est conuictis certandi libido: uerum herclè  
non possum non molestè ferre tuam dementiam, non  
tam quod tu à recta aberres uia, quam quod in erro-  
rem nitare inducere quemuis.

Deinceps

## PARABOLA.

Deinceps autem charissimi quo pacto alij obla-  
tam gratiam negligant, alij se gratiae accommo-  
dent, parabolæ nostræ explicatio latius manifesta-  
usq; declarabit. Existunt igitur nonnulli mortalium,  
qui simulatq; hanc orbis terræ scholam ingressi sunt,  
uitam suam quam optime instituere student. Quod  
nequaquam istoc pacto intelligi uelim, quasi sint qui  
simulatq; nati sunt hoc efficere nitantur. Sunt enim  
(ut alias diximus) tum corporis membra molliora q  
ut uirtuti operam dare queant. Sed ubi boni ac mali  
capere discretionem incipiunt, tum demum perfecte  
in mundum prodire uidentur, haec tenus ignari ubi  
fuerint aut qua gratia buc uenerint. Talem fuisse  
Tobiam prophetam accepimus, qui à puero utam  
Domini sedulo ambulauit, Cumq; uir factus duxisset  
uxorem, & ex ea filium haberet, docuit & hunc à  
teneris annis timere Dominum, & ab omni peccato  
abstinere. Tob. i. Alij paulò ad uirtutem tardiores,  
principio à iuuentu falluntur illudunturq; diu mi-  
seram agentes uitam: tandem autem ubi uident  
tempus uelociissime præterisse propeq; horam in-  
stare extremam, atque etiam si præscriptum sibi  
à Domino terminum attingere daretur, parum ad-  
modum temporis superesse uitæ: tum demum resi-  
piscunt, redcuntque in uitam, atque ita strenue  
opera uirtutis exercent, prioris uitæ pœnitentiam  
agentes,

## PARABOLA.

agentes, ut in hora mortis suæ non minus altissimo  
præceptor i satis faciant tis qui uel à teneris annis in  
omni opere bono uersati sunt. Qualis fuit Manas-  
ses rex Iuda, filius Ezechiae, qui postquam diu uitam  
intuitatis ambulasset, tandem conuersus ad Domini-  
num, egit pœnitentiam, & placatus est ei Dominus  
.2. Paralipo. 33. Proinde sanè pulchre monet Esaias  
.55. dicens, Derelinquat impius viam suam, & uir  
iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Domini-  
num, & miserebitur eius, & ad Deum nostrum, quo  
niam multus est ad ignorandum. Hoc illud est  
quod diuina nobis innuit parabola Matt. 20. per  
operarios qui hora undecima in uineam uenerunt,  
die uero ad uesperam prouoluto, patem tis qui totū  
diem operari erant, receperunt mercedem. Atque  
istuc ipsum quum pluribus sacrae scripturæ locis  
probari posset, tum potissimum Luc. 15. per paraboo-  
lam de filio prodigo. Alius autem iam primum, in-  
quit, uirescit ætas mea, libere adbuc possum que  
meo cumq; libet animo facere, ac frui uoluptatibus.  
Dumq; ita temere fidit iuuentuti, priusquam quo se  
uerterit intelligat insperato opprimitur à Domino,  
tales nobis significari uidentur in Euangelio Mat.  
.25. per fatuas illas quinq; uirgines, quæ acceptis  
lampadibus non sumpserant oleum secū. Quo in lo-  
co fidem nobis lampades, oleum uero opera bona

repræ

## PARABOLA.

repræsentare uidetur, ut autem nullus est lapidum usus, nisi ut infuso oleo lumen præbeant: Ita inutilis nullaq; est fides, neque ad lumen æternae claritatis perducere potest quenquam, quæ non operibus decoratur. Itaq; ÿ fatui fidem sanè habere uidentur quum sint baptisati in nomine Domini Iesu Christi, & uocentur Christiani, sed mortuam. Dumq; nullam habet temporis rationem, putantes se satis tempore stiuè ubi prouectoris fuerint etatis bona opera facturos, ea que semper proferunt in crastinum, media nocte, hoc est in optima ac robustissima etate, dum adhuc in medio iniquitatum suarum harent luto (totæ enim eorum uita nisi nox est) uenit summus ille sponsus atque opprimit eos imparatos. Quocirca probe ne glorieris, inquit, Sapiens in crastinum. Ignoras quid superuentura pariat dies. Prover. 27. atq; idem Ecclesiasticus, Non tardes inquiens conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim ueniet ira illius, & in tempore uindictæ disperdet te. Eccl. 5. Porro autem alius perpetuis scorrationibus, detractionibus, ebrietatibus, aut auaricie, aut aliis quibusvis flagitiis obnoxius etatē cōsumit. Alij deniq; uitā tristigūt octoſt, hoc est, (ſi quisq; interpretari uelit) diuitiarū fortasse sat habet, sua forte cōtēt, nec ullapræmūtūr auaritia, neq; luxut, neq; inſperantia, neq; luxuria, neq; detractionibus, neq;

## PARABOLA.

neg; aliis huiusmodi uictis dediti. Sed interim nihil  
operansur boni, ij mibi cōmodissime intelligi posse  
uidentur per seruum illum inutilem, qui domini sunt  
pecuniam neq; abligurierat, neq; alio quoquis pacto  
flagitiose dilapidauerat, sed saluam seruauerat donec  
nec rediisset herus suus: existimans ita se se satissime  
eturum domino suo. At uero quia pecunia illam ad  
lucrum non applicuerat, ideo iratus dominus iussit  
eū rapi ad tenebras exteriores. Mat. 25. Itaq; sumus  
omnium ille praeceptor uidens aliquem in octa  
aut iniquitatibus obstinate perseverantem, subito illum  
ad se patiturq; eum in peccatis suis mori, & in  
eternæ caliginis pistrinū rapt, iuxta illud sapientis,  
nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur  
homo & aues laqueo comprehenduntur: Sic capiuntur  
homines in tempore malo, cum eis ex tempore  
superuenerit. Eccles. 9. hoc autem idcirco facit ut  
caeterorum quisq; se se sedulo corrigere nitatur, dispe  
catq; alieno cautus periculo non solum fugere ma  
la, sed etiam facere bonum. Pestilente enim flagel  
lato (inquit sapiens Proverb. 19.) stultus sapientior  
erit. iuxta illud Esa. 26. Cum feceris iudicia tua in  
terra Domine, iusticiam discent habitatores orbis:  
Vnde & ipse Dominus supplicium sumpturus de  
duabus illis sororibus Oolla & Ooliba, auferam ins  
quit scelus de terra, Et discent omnes mulieres, ne  
faciant

## PARABOLA.

Faciant secūdum scelus earum, Ezech.23. Quod autem ait Dominus Ezech.33. Nolo mortem impiis, sed ut conuertatur impius à via & uiuat. Id nequaquam ita intelligi potest, Nolo peccatorem mortantem per dū peccato obnoxius erit, sed uolo ut uiuat donec à via iniuitatis suæ conuertatur. Sic enim intelligendo Dominus multis argumentis manefeste uanitatis argui posset. Sed ita (meo herclè iudicio) uerbum istud Domini intelligi debet. Nolo, id est, non appeto neque desidero mortem impij: sed longè malo ut conuertatur à via & uiuat, atque adeo ita interpretari religio esset mihi, nisi ipse Dominus banc eandē sententiam. Ezechiel.18. ita aperte eloquutus esset, ut ipse se eodem pacto interpretatus uideatur bis uerbis. Nunquid uoluntatis meæ est mors impij, & non ut conuertatur à uitis suis & uiuat? Quasi dicit tametsi repente nonnunquam peccatorem adoriar, atq; opprimam inopinantem. Illud tamen minime debetis existimare meæ esse uoluntatis quasi istuc cupiam aut in eo delecter. Sed & utilitatis ratio, & mea me istuc iustitia facere cogit. Ferus enim ille præceptor est, cui cædere iuuenes uoluptati est. At ne is quidem bonus est paedagogus, qui citra ullam animaduersionem patitur eos suo in omnibus obsequi ingenio. At enim diues farsitan fateor quidē fas esse Deū in sceleratos

## PARABOLA:

animaduertere. Verū quū sint tam multi peccatores flagitosam agētes uitam, cur nō ad unū omnes subto mortis suppicio puniuntur? Nū ei qui in peccatis suis obruitur sit iniuria, quū non itidem in peccatis suis moriatur alii? Minime sanè. Dignam enī operi bus recipit mercedē. Quū nemo ignoret mortē peccatoribus constitutā esse mercedem, atq; animā quæ peccauerit morituram, Quād autē ratiōe fieri pos sit ut alij nō itidē omnes in peccatis suis opprimantur, binc scripi potest. Est enim Dominus Deus non solum iustus, uerum etiam misericors. quod, nisi su peruacuū fore existimarem, multis sacrae scripturæ testimontis probare posse. Nam si sola iusticia mun dum gubernaret: ne minimum quidem peccatum re linqueretur inultum, nec ullum perpetraretur mortale crimen, quod non continuo aeternæ mortis supplicium sequeretur, unde usq; adeo metueretur Dominus, ut confidentia nullus esset locus. At uero si sola in eo locum haberet misericordia, tunc ne gravissimū quidē peccatū puniretur unquam, liceretq; impune peccare cuilibet. Tanta namq; est eius misericordia, ut delictis omnibus quantūvis grauibus ignosceret. Quām obrem ne tanti quidem quanti nūc estimaretur ab hominibus, nec eius præcepta seruaret quisquam. Verum enim uero quoniam hæc duo semper una operantur, atq; unum alterius temperamento

## PARABOLA.

mento moderatur: Ita sit quando altissimus Dominus (tuxta illud psalmistæ. Psal. 52.) de cœlo prospicit super filios hominū, ut videat si est intelligēs aut requirens Deum, uidetq; omnes declinasse atque inutiles factos esse, nec esse qui faciat bonum: neq; omnes in peccatis suis perdat secundum suam iusticiam, neq; omnibus parcat secundum magnā illam misericordiam, Sed medium tenens, partem punit, partemq; seruat. Atque hic urget fortasse quispiā dicens: Saltem seruatos illos plus gratia assequi fastare necesse est, tis qui subitanea morte opprimuntur. Dicam berclè. Si paria essent omnium & benefacta, & delicta: fatetur tunc uerū esse quod oblitus citur, dum unus euadit, aliis in peccato depræbenditur: aut si quorum minor erat iniuria, uirtus maior opprimerentur dum seruantur alij, quorum pauca erat uirtus ac copiosa iniurias: Aut si una cum impiis perderentur iusti. Sed quoniam Dominus diligit iustos, peccatores uero odio habet ac disperdit: atque in aliorum exemplū non nisi eos in tempore malo apprebendit qui minus promeriti, plus commeruere, iniuriam facit nemini. Adeo est enim æqua uia Domini, atque ita æquus uirtutum ac uictorum trutinator Dominus (tuxta illud Salomonis Proverb. 16. Pondus & statēra iudicia Domini sunt) ut neque ob paucas uirtutes, si multa sint

## PARABOLA.

et us scelera, tam precioso uite & eternæ dono beatitudinum existimet quenquam, neque ob pauca flagitia, si multa sit eius uirtus, tam acerbo eternæ mortis supplicio affligendum.

Sed illud fortasse cuiquam molestum quod dixi eadem pœna affici octosos, qua afficiuntur in impietate deprehensi. Quanquam enim inquiet fortasse, boni nihil fecerint: quū sint tamē innoxii quippe qui nil mali perpetravit, Cur tam gravi supplatio plectuntur? Firmissime igitur credat qui quis ille sit quem talis scrupulus male habet, ociosos iusto Dei iudicio in ignem eternum deportari. Scien ti enim bonum facere & non facienti (teste Iacobo) peccatum est illi. Hoc autem præter eum quem suo pra allegauimus de seruo inutili, pluribus sacra nobis scriptura locis indicauit. Proinde qui uult, inquit, Petrus uitam diligere, & dites uidere bonos, declinet a malo, & faciat bonū. 1. Pe. 3. Christus enim qui non tam redimendi quam ueram ac tutam salutis uitam nos edocendi gratia hic uenit, nonne istuc probe nobis uite suæ exemplo indicauit, non satis esse declinare a malo, nisi etiam fiat quod bonum est? Præter id enim quod peccatum non fecit nec inuenitus est dolus in ore eius teste Petro, Nonne a puero bonus etiam operibus operam dedit? Quicunq; autem uult in Christo manere, debet sicut ille ambulauit

ambula-

## PARABOLA.

ambulare. i. Ioan. 2. Exemplum enim dedit nobis, ut  
quemadmodū ipse fecit, ita & nos faciamus. Non quod  
in nostris uiribus sitū sit ita perfecte omnia exequi  
ut fecit Christus, sed sufficit pro nostra uirilitate  
operam dare nos, ut eius uestigia sequamur, alio-  
qui indigni quod eius discipuli uocemur. Non est enim  
discipulus supra magistrum, nec seruus maior Domini  
mismo suo. O cui non lachrymas excutiat nostrū omo-  
nitum misera cæcitas, atque obstinata durities. Quis  
est hodie Christianorum fidelium qui fidem Christi  
datam nō fallat, aut qui eius uestigia sequi studeat.  
Squalent apud omnes arma Christi, atque armis ne-  
quitiae ubique certatur. Vbi est enim nunc sobrietas?  
nonne pro ea iam dudum introducta est ebrietas  
omnisque intemperantia? Quum nullus sit terrarum  
anglus ubi non istac tanta uoracitatis insania labo-  
rent homines, ut nullæ neque compotationes, neque  
coniuicia celebrari queant, neque amici familiae  
riter tractari posse uideantur nisi omnes potu obru-  
antur prius. O dementiam. Tum & uestium quanto  
tus ubique luxus? Neque mirum, Lutherus enim noster  
(nouus Euangelicæ lucis inuentor) hoc docet, hoc  
hortatur, hoc prædicat, nihil curare Deum quibus  
induare uestibus, aut quo uescaris cibo. Idcirco ex-  
tremæ esse demætiae ciborum aut uestium facere de-  
lectum. Quocirca ò charissimi istuc quæso dogma

## PARABOLA.

proutquam recipiatis praesenti animo perspicite,  
Christianum ne an potius ethnicum dicendum sit.  
Sane Epicurorum potius ac Satiricum censebitis.  
Christus enim nusquam ciborum aut uestium delectum  
reprahendit. Nec tanto stomacho inuehitur in  
eos qui certis temporibus certo cibi genere utendum  
existimantur. Sed haec demum Christiana sententia  
est, quam nobis eloquitur Paulus, ad Rom. 14. bis  
uerbis. Alius credit uescendum esse quibuslibet. Altius  
autem qui infirmus est oleribus uescitur. Qui  
uescitur, non uescentem ne despiciat, & qui non ue-  
scitur, uescentem ne iudicet. Deus enim illū assum-  
psit. Tu quis es qui iudicas de alieno famulo? Pro-  
prio Domino stat aut cadit. &c. Qui uescitur, Domino no-  
uescitur &c. Et qui non uescitur, Domino no-  
uescitur &c. Tu uero cur iudicas fratrem tuum? Vis  
detis quantum hinc distet Lutheri opinio? Paulus  
ait uescentem quibuslibet Domino uesci, ac non ue-  
scentem, Domino non uesci. Lutherus uero non sine  
calumnia Pontificum ac maiorum nostrorum om-  
nium instituta qui existimatunt certis temporibus a  
carnium esu temperandum, ex diametro Euangeliis  
& disciplinae contrariari censet. Ab quam temeritate  
istuc iudicas Lutberem, Saltem si ita in animum in-  
duxisti tuum contemptis Ecclesiae institutis citra de-  
lectum quo quis tempore quibuslibet uesci: eos tamen  
deride

## PARABOLA.

deridere qui preceptis Ecclesiæ obtemperantes,  
putant certis temporibus non uescendum, baud de-  
cet. Item & uestes, facile adducor ut credam parui  
facere Dominū quo sint colore. Verum berclè nec  
istuc me fugit, colorem multis & fuisse & esse in-  
dies offendiculo, nec colorem quidē unquam, sed ip-  
sos hoīes per colorē plerūq; peccare, sed nūquid ali-  
ud in uestibus quod nos Deo abomiables faciat p̄r-  
ter colorē? Sane quidē. Nam Euāgelicus ille diues à  
Domino notatus est ob nūmā uestiū molliciē. Quid  
moror? uin tu & alta ratiōe ostēdā tua te istac pra-  
ua opiniōe fallit? Quid quāsa tāta laude dignū ges-  
serat Ioānes baptista, cur ipse Dominus tā magnifi-  
ca laude eū cōmendarit dicēs non solū esse prophe-  
tam, sed plus q̄ prophetam. Nec inter natos mulico-  
rum surrexisse maiorē Ioanne baptista. Nisi q̄ tam  
acri cura studioq; ardenti ab omni carnali cōcupi-  
cētia, coercebatur corpus, ut ferina pelle indutus, nulo  
lo nist locustarū esu aleretur. Quid poterat ne de-  
licationibus & cibis & uestibus educari? Sic satis.  
Verū berclè operā p̄eciū erat hominem ad hoc ele-  
ctum, ut cunctis hominibus uitam Domini p̄acurro-  
ret, nō solū uerbis, sed re atq; operibus eādē demon-  
strare. Quid si nunc quispiam sic uitam institueret,  
ut pilosa pelle cinctus uoraret locustas: quot modis  
à te irriteretur, quot probris afficeretur miserē.

## PARABOLA.

Postremo autem charissimi (ut bæc omittam) quoties  
mutuae benevolentiae admonuit nos Christus? Nunc  
autem adeo exulat charitas, fraternaq; dilectio,  
ut uicinus uicino, frater fratrl moliatur insidias,  
totus undiq; mundus dissidiis ac seditionibus turba-  
tur, atq; binc mouet Euphates, mouet hinc Germania  
bellū. Resipiscamus igitur o fratres charissimi  
prioris uitæ pœnitentiam agentes, ac Christi uestio-  
gia sedulò sequamur, ambulantes in omni dilectione  
ac mutua charitate. Procul absit omnis liuor, hoc  
enim præcipuum onus nobis inlunxit Dominus ut  
diligamus inuicem, sicut ipse dilexit nos. Si quis  
autem (teste Ioanne) dixerit diligo Deum, & fratre  
suum oderit, mendax est. 1. Ioannis. 4. Prinde, in  
quit, Paulus, Qui diligit proximum, legem exple-  
uit. Siquidem non adulterabis, non occides, non fu-  
taberis, non falsum testimonium dices, non concu-  
pisces, & si quod aliud præceptum, in hoc sermone  
summatis comprehenditur, ad Rom. 13. adeo autem  
uult Dominus regnare mutuam inter nos charitatē,  
ut nullum inimicitæ uelit dare locum. Quin etiam  
si quis nobis sit aduersus aut inimicus, nō reddamus  
illi malum pro malo: sed benedicamus maledicenti,  
ac diligamus eum qui nos odit. Neque hic audiendi  
sunt, qui hoc tam asperum, naturæq; contrarium Dei  
præceptum esse censem. Negat enim Ioh. 1. Epi. 5.

præce

## PARABOLA.

præcepta eius esse grauia. Quin & ipse Dominus ait iugum suum suave esse, & onus suum leue. Cumq; sit omnium optimus, semper ad optima quæque uocat atq; allicit nos. Diabolus uero ut est ipse pessimus, ita perpetuo inuitat ad pessima. Quid autem pestilentius aut perniciosus inuidia, odio, atque inimicitia? quam diabolus naturæ aduersarius atq; omnium seditionum parens mentibus hominum perpetuo inserere laborat. E contra uero quid melius aut hominis naturæ accommodatius, q; caritas ac dilectio proximi, ad quam omnibus modis naturæ humanae conditor ac protector, omnisq; dilectionis fons, ac princeps pacis Christus nos per licere conatur, atque omnem inuidiam procul à nobis fugare: Quod nulla ratione facilius effici posset quam diligenda eum q; nos odit, ac beneficiendo ei qui nobis male uult. Istuc autem cur tam difficile uideatur homini, per accidens (quod aiunt) fieri solet. Est enim non solum hominis naturæ aptissimum, uerum etiam facillimum, quemuis hominem diligere, ac mutuae benevolentiae uinculo cuiuis sociari. Sed quando naturali expulso amore, contraria membris hominum qualitatem nempe odium imprestit diabolus, tum demum difficile uidetur atq; molestū, eō quod pristinus ille ac naturalis amor iterum induci nequeat, tantisper dum odio illuc locus sit.

## PARABOLA.

Contraria enim simul eidem inesse nō possunt. Quos circa necesse est ut unum contrarium, alterum expellat prius, quæ quidem expulsio plerunque difficultas esse solet. Sed quod difficilius, hoc præclarius, atq; hæc eadē ratio est cur impius, qui multos annos in vita iniquitatis errauit, tam difficile ad Dominum reuerti queat. Postquam enim diabolus hominem in concupiscentiam, amorem atque admirationem has sum terum terrestrium, atq; eadem opera in Dei contemptum induxit, difficile est pristinum illum Christum amorem induere. Qui enim ex iusto inimicus Dei constituitur, necesse est iusticiam illam expellat prius, atque econtra qui ex delictis suis ad Dominū Deum suum reuerti cupit, necesse est ueterem hominem abiicere, priusquam nouum induere posset. Si mul enim iustus & iniquus esse nequit, nec simul seruire Deo & mammonæ. Demus igitur operam & charissimi ut memores nominis nostri (qui soli fides dictum) quemadmodum fidem habemus omnium optimam, quin potius talem præter quam nulla alia esse debeat, ita etiam in tanta uitæ integritate ac morū probitate ambulemus, ut uitam habeamus omnime optimè institutam, ac fidem nostra dignam. Et quemadmodum dux autorq; fidei nostræ fecit, ita etiam & nos pacem, cōcordiam, ac mansuetudinem sectemur, a quo antno seruantes maiorum nostrorum instituta

## PARABOLA.

stituta, fugientes interim flagitiosam illam Lutheri  
conspirationem. Atque ita demum luceat lux fidei  
nostræ corâ omnibus hominibus, ut inde glorificetur  
Dominus noster Iesus Christus, Nec ulla sit gens  
quaæ non inde iudicet fidem nostram longè omnium  
optimam, Num ignoratis quâm acerbe interminatus  
sit Dominus iis per quos fierent offendicula? Cur  
igitur nos offendiculo sumus cùctis infidelibus? Tan  
tum enim abest ut eos in nostram fidem uitæ synceri  
tate pellicere conemur, ac Christo lucrifacere, ut  
maiorem illis quotidie in antiquo errore perseue  
randi, magisq; ac magis à nostra fide abhorrendi  
demus occasionem. Quum audiant nostram fidem  
perpetuis seditionibus ac disseptatiōibus agitari: se  
uero stabili ac certa putēt fidei tranquillitate fructu

Post hæc autem animaduertendum non quoties  
peccant homines sua fulmina Christum mittere, nec  
semper impios in impietate sua apprehendere.  
Multos enim sepe uidet aut obscenis iniuriatibus  
aut turpi socordiae deditos, quos tamen patitur ad  
extremum uitæ suæ terminum perambulare, quo quin  
perueniunt à via sua impta ad Dominum conuerst,  
abundè ei satisfaciunt, nec ulla iniuriatū antiqua  
rum fit metio. Hoc enim promisit Dominus. Ezech.  
18. dicens, Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus  
peccatis suis quaæ operatus est, et custodierit omnia

## PARABOLA.

præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam,  
uita uiuet & non morietur, omnium iniquitatum  
etius quas operatus est non recordabor. Sin autem  
ne tunc quidem conuersi sint, in impietate sua morio-  
entur, mittenturque in caminum ignis ubi nil nisi sem-  
per eternus horror, cruciatus, fletus, ac dentium stridor  
inhabitatur. At nihil tamen minus euentus nonnunquam  
scio, ut in gratiam receptus sit moriens, qui tantisper  
dum uiueret, à uia impia non declinavit, quale accid-  
dit se latroni cum Domino crucifixo accepimus.  
Sed interim extremae dementiae est misericordiae Dei  
temere confidentem usque in finem mala perpetrare.  
Perraro enim istuc accidere credo, nec unquam nisi  
aut nimia poenitentia, aut precibus nimis, aut alia  
quauiis ratione magna motus Dominus, magnum illud  
clementiae suæ priuilegium indulget. Proinde puto  
chre monet Ecclesiasticus, dicens, Ne adiicias pec-  
catum super peccatum, & ne dicas miseratione Domini  
magna est, multitudinis peccatorum meorum  
miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo cito  
proximat, & in peccatores respicit ira illius Ecc. 5.

Illud autem minime prætereundū (quoniam de  
bonis operibus nonnihil loquuti sumus) quod ea  
quæ maxime bona opera uocari solent pro tempore  
ris ratione atque operantis intentione commutantur,  
suntque contraria, atque econtra ea quæ maxime

præua-

## PARABOLA.

prava uidentur, optima interdum iudicanda sunt.  
Prioris partis exempla ponit ipse Christus Mat. 6:  
uerbi gratia, Eleemosynam præstare in se quidem  
bonum opus est, At si id fiat quod uideare ab hominio  
bus, nihil minus. Orare itidem docet & hortatur  
Christus, bonum est ligitur orare: at si quis in publico  
loco oret more hypocitarum, malum. Et ieunare,  
bonum est, Sed si quis ieunet, ut uideatur hominibus  
religiosus ac sanctus, minime. Postremo autem auxi  
llari proximo per se quidem bonum opus est, uerun  
tamen ipsi Iosaphat regi Iudeæ reputatum est in ma  
lum quod impio auxilium præberet, & iis qui ode  
runt Dominum amicitia iungeretur. 2. Paralip. 19.  
Vnde apparet nihil nobis consuetudinis esse debere  
cum emulis atq; inimicis Domini. Nec quicquam (in  
calibus potissimum hostibus) referre arbitrari oportet,  
ut ne an dolis spolientur aut opprimantur iuxta  
illud poëticum, Dolus an uirtus quis in hoste requie  
rat. Quemadmodum fecere Pueri Israel exeentes  
Ægyptum dum suauu Domini auferrent dolo diuto  
tias ac præcipua Gaza Ægyptiorum. Proinde ait  
Psalmita, Nonne qui oderunt te Domine, oderam  
& super inimicos tuos tabescbam? Perfecto odio  
oderam illos, inimici facti sunt mibi. Item (ut & al  
terius partis exempla ponamus) uitium ne est meno  
dacium? Sane hercule, Attamen nullo pacto uerita est  
sancti

## PARABOLA.

sanctissima illa mulier Iudith. Videſ maximum inde  
ſcip. emerſum commadum, multis mendacis ac  
ſimulationibus hōstem Holofernem fallere. Item cui  
non mala uideri posset ac diuino præcepto contrar  
zia, ſui puiſus interemptio. Samſon tamen inclytus  
dux puerorum Iſrael ac uir fortissimus, non dubitau  
uit ſibi ipſi necem conſciſcere: quum uideret omni  
no turpiter moriendum eſſe ſibi, qui in uita auxilio  
ſpiritus sancti tam præclaras res gafferat. Non ta  
men ex desperatione, aut malorum intollerantia id  
fecit, ſed ut iij quibus mors eius erat futura uolupta  
ti, qui que poſt eius mortem, populum Domini misera  
ris modis erant persequuturi, ne quaquam exultaret  
ob eius mortem, blaſphemantes Deo Iſrael, atq; omni  
nem gratiam referentes Deo ſuo Da gon: ſed eos una  
ſecum interimeret, cui alioqui nulla erat ſpes euad  
endi, utque ediueroſo populoſ Iſrael cui multum  
erat moleſta tam ſtrennui ducis amissio, expulſo luſ  
tu exultaret ac gratias ageret Domino Deo Iſrael,  
ſuper tā glorioſa eius morte, qui moyens tantas ho  
ſtium copias interfecerat. Iudicum. 16. Eodem ani  
mo fuit & Razias ille uir magnæ continentiae, ac  
propter amore patriæ parens Iudeorum dictus, cu  
ius meminerunt ſacrae literæ. 2. Machab. 14. Qui  
quum uideret in domum ſuam ſummo impetu irruen  
tes impios Dei aduersarios, multo ſatiuſ eſſe duxit  
ſcipſum

## PARABOLA.

seipsum interire, quam in manus sceleratorum incidere. Non quod illorum tyrannidem aut ulla mortis pericula formidaret: sed istuc potissimum metuens, ne dum inter illos captiuus uersaretur, munerationibus aut pollicitationibus corruptus, contra Deum cœli quicquam moliri cogeretur. Ex his igitur manifestum est reticendam esse nimiam nonnullorum scrupulositatem (ut ita loquar) qui sentiunt potius sinendum totam aliquam rem p. interire, quam tale quipplam perpetrandum, nihil interim considerantes in syllam incidere se dum cupiunt uitare chabidim. Quādo enim urget necessitas, semper è duobus malis minus est eligendum. Quod uel Caiphas ille pōtifex optime sensit, intonans satius esse hominem uel innocentem cruci affigere, quam totam rem p. interire. Quin ipse noster seruator unitigenitus Dei filius Iesus Christus sua ineffabili prouidentia prudens proditoris sui nedium corporis, sed & animæ interitū, maluit unius animæ tacturam, quam uniuersi generis humani facere dispendium. Quis est enim imperator aut rex tam mollis tamque imprudens, qui sine ulla suorum clade cum tam acerbo hoste dimicandum putet? Aut dum id metuit totam rem p. periclitari, regnumq; suum ab hostibus uastare ac ui occupari finat. Itaq; summus ille noster omnium imperator, regumq; omnium rex, ac Dominus do-

minans

## PARABOLA.

in tantum uidēs sceleratissimum hostem diabolum  
totus mundi iam effectum esse principem, eumq; ino-  
finitis dæmoniorum legionibus occupasse, neq; ig-  
norans quanta id suorum clade fieri deberet, statuit  
ipse tutissima arcæ relata, propria manu cum ho-  
ste pugnaturus in hanc mundi planicitem prodire,  
plurimisq; armis oppugnare, cuius innumerabiles  
kopias uel uerbo fundere ualutisset. O Deum immor-  
talem. Cui unquam mortalium cum tam acerbo ho-  
stes fuit? quod unquam bellum susceptum grauius  
aut uehementius: quam ubi rex æternæ lucis cum  
principe tenebrarum, rex prudentissimus cum calli-  
dissimo hoste congregitur? Atq; in ipso quidem pug-  
nae exordio quis erat militum Christi qui nō ab hos-  
te sauciatus abierit? dum omnes scandalū paſsi duce-  
suum derelinquerent? Quanta enim cura scribæ ac  
pharisei corpus Domini ē medio tollere nitebantur,  
tanto ipse studio animas omnium expugnabat. Sed  
tandem cū iam diu ancipiti dubioq; Marte pugna-  
tum esset, uidens ducem ipsum Christum omnium  
tam militum suorū præstidio destitutum, solum adeo  
strenue certare, adeoq; instanter urgere, bincinde  
hostem quatiendo, ut omnino cedere compelleretur,  
nec quicq; suis uiribus aut armis aut uenenatis ta-  
culis esse loci, adeo ut iam in proximo esse hominis  
salutem facile cōiceret: dolos, fallacias astutiasq;  
meditatur

## PARABOLA.

meditatur omnes, atque hoc intendit ne humatum genus eius seruitute eximeretur. Iudam proditorem ad nimiam paenitentiam rapit, sperans ita fore ut reddito pretio, ipsa quoque merx rediberetur. Tum denique uidet ne hac quidem succedere, alia aggreditur via: Iudicis uxorem adoritur, sollicitat, angit, interminatur, instigat, impellit, ut suadeat maritoni unius buisce innoxij sanguine sese commacularet. Postremo autem quoniam nihil neque doli, neque uires praosficerent, superata omnies scutitia, dux uite uictor euasit. Parta autem uictoria, imprimis inferorum regna penetrauit, quorum regem arctissimis vinculis ligauit, Ea lege atque omne utine unquam illi ad superatas auras esset redditio, utque eo ipso deinceps utcretur carcere, quo olim potiebatur regno, quique olim Dominum Deum suum regno expellere nesus erat, ut fieret ipse omnium Dominus, nunc aeternam seruat seruitutem, sitque non solum Deo, sed et hominibus obnoxius. Deinde uero hominem omnem trans fugam, quemque aut inertia, aut mollices, aut socordia, aut prava uoluntas eo perduxerat (non enim aptio riuocabulo nominari posse uidentur, quod positus armis Christi, atque induitis armis nequit uale ad hostem deficiunt) aeterno iehennae incendio puniendos tradidit. Tum demum miseros captiuos qui post sedulam cum hoste confictionem fatali quadam necessitatis uiolentia,

18745.22

## PARABOLA.

lentia, potius quam sua ipsorum inertiae incidenter  
rant, in altam regni cœlestis ciuitatem uictor tri-  
umphans reuersus, sempiterna libertate beatius, se-  
deique nunc ad dexteram uirtutis Det, unde olim  
uenturus est iudicare uiuos & mortuos,  
dareque singulis iuxta vias suas.

Cui gloria, laus, honor, et re-  
uerentia, in sempiterna  
sæcula Amen.

F I N I S.

Antwerpiae, Typis Ioan. Graphei, Anno à  
Christo nato M.D.XXXVIII.